



DISSE^RTAT^O IN A^NUGURALIS,

DE

ARBITRATU BONI VIRI.

IN CONVENTIONIBUS, ULTIMIS VO-
LUNTATIBUS, ET ALIIS CAUSIS
EXTRAJUDICIALIBUS,

Quam

Moderante summo rerum arbitro,
Auctoritate & Decreto

MAGNIFICI ET AMPLISSIMI J^CTORUM ORDINIS

In
Inclita & Perantiqua EBERHARDINA,
PRÆSIDE

DN. JOHAN. ANDREA Frommann/

J. U. D. & P. P. h. t. Decano,

Pro

Licentia.

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES
ritè capessendi

Publico atque solenni examini seruit

F E L I X Spiz / Ronnenb. Misn.

Addiem. Maji,

IN AULA NOVA,

Horis consuetis.

T U B I N G E M,

Typis exscrispsit Gregorius Kerner M. DC. LXIX.

Cum Deo!

DISSERTATIONIS

ARBITRATU BONI VIRI

THESES I.

ARbitratu boni viri: aut simpliciter: alicujus arbitratu aliquid fieri, expediri, aut constitui: phrasis in Jure Justinianeo decantata est: Extate in l. 76. π. pro soc. l. 35. mand. l. 33. §. 3. l. pen. de procurat. l. 1. pr. §. 3. & s. l. f. ff. usufr. quem. cay. l. 37. pr. de cont. emt. l. 30. §. fn. π. de lutejur. l. 58. π. de legat. l. l. 43. de legat. 3. l. 10. §. f. de alim. legat. l. un. §. 3. π. de ripa mun. l. 12. π. Iud. solv. l. 2. §. 1. C. commun. de leg. & pluribus aliis in locis.

II.

Quamvis autem alio in casu, præter hunc, in Jure non inveniatur hoc vocabulum, nec in alio apud Ciceronem usurpatum legatur, teste Anton. Schoro in *Thesauro Ciceron.* hac voce: Apud alios tamen Auctores Latinos in aliis etiam casibus repertius uti penes Plautum in accusativo, qui in *Amphit.* l. 1. 102. sit: *deduntque se divina humanaq. omnia, urbem & liberos in ditionem atque arbitratum;* Et ita quoque loquitur Wes. π. de recept. n. 2. Derivatur id haut dubie à verbo arbitrari, à quo simul Arbitratoris vox suam trahit originem: quam vocem quidem priscis Latinis incognitam fuisse nemo eleganter Latinitatis studiosus ignorabit; unde etiam à JCtis nostris nullibi usurpata reperitur. Usus tamen eandem introduxit, & non Juris Doctoribus solum, verum aliis etiam Scriptoribus fecit familiarem, ita ut illam cum paucis sciolis à praesenti materia rejicere supervacuum censeamus. Neque enim juvat tale & similia vocabula, quæ ars sibi aliqua propria fecit, tanquam impura & civitatem Latinam non redolentia, exturbare, cum nec ipsos Romanos ab hoc genere verborum abstinuisse videamus. Luculento testimonio est Cicero, qui *Dialectorum,* inquit, *verba nulla sunt publica, suis utuntur:* & id quidem commune est omnium fere artium: quem in simili adduxit Celeberrimus JCtus Dn. D. Lauterb. Præceptor meus colendissimus in tr. de *Arrha.* th. 3. Quod ipsum nobis confirmat Procopius, scribens de voce scederatorum: cuius verba è Græco in Latinum sermonem à Grotio translata huc ponamus: *Longa dies non solet servare voces, in quibus primum datur sunt, sensu vertuntur enim res ipsæ, qua volunt homines, vocabula illa primitus imposta rebus nihil curantes.* Verba namque hominum

De
phrasis
hujus:
Arbitratu
boni viri
quidifier:
Eo.
frequentia.

De
voce:
Arbitratu.

eius
Etymolo-
gia.
De
Arbitratu
ris
voce.

Dissertatio Inaug.

minum intentioni deserviunt. c. humana c. XXII. q. 5. rebus ex debito, verbis ex his beneficiis utimur. Warem. ab Ehrenberg. L. de fidei lib. c. 1. n. 15. Differ. Budzeus in annot. ad w. p. m. 35.

III.

Estatuere arbitrii existimare, putare, aestimare. E. 25. pr. loca. sibi placere. l. 41. §. 4. de fidei. libert. sibi videri. l. 11. §. 7. de leg. 3. l. 40. §. 3. de fidei. lib. censere, statuere, constituere. l. 76. pro soc. definire aliquid. d. l. 21. pr. loc. Henning. Wegner. in Comment. ad tit. de V. S. in l. 68. Unde arbitrii (voce hæc late sumtā) species est. l. 76. pro soc. l. 77. & seqq. π. eod. Imō frequentissimè in Jure Synonymice arbitrium pro arbitratu ponit, observare licet. d. l. 76. pro soc. ll. seqq. π. eod. l. 24. pr. loc. l. 7. pr. de C. E. l. 1. §. 1. de leg. 1. l. 11. §. 7. de leg. 3. l. 46. §. 3. de fidei. lib. l. 30. pr. de oper. libert. l. 23. §. 1. π. d. R. l. d. l. f. C. de C. E. l. 3. C. de dos. prom.

IV.

Evariis autem significatibus, quos vox hæc habere apta nata est, in præsentia ratione non adsumimus illum, quo I. denotat arbitrium, quod ferunt ii, quos ex compromisso admisimus, ut controversie & litibus, quæ inter nos feruntur, cognoscendo judicandoque finem imponant, quorum procedendi ratio ad similitudinem judiciorum redacta dicitur in l. 1. ff. de arbitr. Confer d. l. 76. pro soc. & t. t. π. & C. de recept. arb. Connan. p. m. 286. num. 4. Duaren. p. 3. ad Tit. pro soc. p. m. 231. inf. exinde Schiedsrichter appellati. Wehner. voc. arbitr. Rosenth. de feud. cap. 9. concl. 22. Frantzks. ad Tit. de recept. communiter. Arbitrii. Gail. l. O. 150. Nec II. illum, qui est eorum arbitrorum, in quos, controversiā jam enata, consensum est, non ut servato ordine. judiciorum procedant, sed de plano, tanquam mediatores, partibus viam ac modum, quomodo controversia rite inter ipsas componatur, ostendant, & allatis in medium honestis persuasionibus, eandem amicè ex æquo & bono definitant: uti discriminē hoc notat post alios Salicet. ad l. 5. C. de recept. n. 9. Gail. d. l. Paris. vol. 2. consil. 24. n. 136. Brunn. in d. l. 5. Conf. Molina de l. & l. Tr. s. disp. 30. n. 3. seqq. Bachovius quidem in Comment. ad D. b. t. de recept. c. 1. n. 2. & ad Treutl. vol. 1. disp. 12. th. 4. lit. f. hanc distinctionem, tanquam à Jure penitus abhorrentem, non ferendam esse ait, simulque respondet ad obiectum ex l. 76. pro soc. quem sequitur Vinn. in quest. lib. 1. q. 16. Verum cum in præsens neutrum genus examinandum sumserimus, istam questionem non tam minime faciemus. Hoc inter dubio vacat, quod hæc distin-

ctio

de Arbitratu boni fieri.

de Arbitrorum plerisque adprobata sit. Vide plenè hac de re Bapt. & Blas. de differ. inter arbitrum & arbitrator. x. i. ubi centum cumulat differentias. Dn. D. Lauterb. Concl. Forens. Exerc. 13. concl. 14. lit. a. Sed illam jam sequimur significationem, quā III. dicit justum æquum vè pronunciatum eorum, in quorum arbitrium in contractibus, & aliis negotiis extrajudicialibus aliquid definiendum collatum est. d. l. 76. & seqq. pro soc. l. 22. §. 1. de Reg. Iur. Unde & Arbitrii contractuum appellantur. Gedd. ad d. l. 68. d. V. 8. qui consultorum, declaratorum quoque nomine veniunt, Baldus in addit. Specul. de arbitr. Bertrach. b. voc. Frantzks. de recept. arb. n. 10. D. Struv. Ex. 8. th. 96. Wissenb. Add. tit. th. 12. vulgo: Schiedsleute: Teidingsleute. Exod. 21. v. 22. ibi: soll es geben nach der Teidingsleute erkennen. Hoc, ut præfati jam sumus, Arbitrium erit nostræ disquisitionis argumentum,

V.

Sunt qui notant arbitriū arbitris attribui. l. 5. §. 3. de recept. arb. d. l. 76. pro soc. arbitratu vero fieri arbitratoribus convenire. Sed hæc observatio à plerisque non attenditur, quod deprehendimus apud Dd. passim, & textus supra adducti promiscuum satis indicant usum quædammodum arbitratu meo æquè frequenter ac arbitrio meo Scriptores dicere observat Steph. Dolet. in comment. Ling. Latin. p. 807. Arbitrio ergo, arbitratu, arbitramento, quid fieri dicatur, per inde nobis est. Hoc tamen nomine, nempe arbitratu, arbitrium compromissarium in juris usu indigitari, vix arbitror.

Synony-
mia.

VI.

Bonus vir, uti appellatur in d. l. 76. pro soc. l. 22. §. 1. de R. l. Bonus vir quiss. aut (sine discrimine enim textus hoc situ utuntur) vir bonus, ut dicitur in l. 78. l. 80. pro soc. l. 57. pr. de C. E. V. l. 18. jud. sol. estille, qui in estimando, constituendo, definiendo, determinando, non mero suo indulget genio, aut pronunciat, quod sibi, etiam seposita ratione, æquum vīlum, d. l. 76. pro soc. sed qui æquitatem ob oculos habet, eas sequitur, & jura e. gr. contractuum ponderat. d. l. 76. quæque eis conveniens esse videt. l. 80. eod. qui æquum arbitratur. l. 30. pr. π. de oper. libert. circumstantias causæ riunatur, & quid quælibet postuler, æqualitate ponderat, nec verbis nudis servit. vid. d. l. 18. jud. solv. l. 45. pr. π. de procur. quod sanè ita facere eum oportet. per d. l. 76. Paucis: Bonus vir, definitio Calvino in Lex. Juris, est, qui, nullius fraudis conscius, verum honestatis

A 2

Bonus vir
quiss.

judi-

judicium in qualibet re sequitur. Interdum autem judex per bonum virum explicatur. l. 137. §. 2. d. V. O. & vir bonus per judicem. l. 18. judic. solv. Gothofr. in not. ad d. l. 137. §. 2. voc. virum: quamvis non omnis vir bonus judex sit; uti tamen è contrario omnis judex vir bonus esse debet. Menoch. de Arb. Iud. quæst. lib. 1. prœm. n. 7. qui ibid, ex Alex. ab Alex. Gen. dier. l. 6. c. 1. hanc viri boni laudat descriptionem: qui ubique sanctus, ubique integer, castus, honesti cultor, pius & integer sit, cuius ne errare quidem minimum fuerit, ne dicam vitium, qui nullo modo perterritus, nulla calamitate vicitus, fortuna cedat; qui nihil expectat, nihil dicat, nihil faciat in vita, nisi cum summa laude & dignitate; qui in nulla re delinquat, quem nullius rei pœnitentia, quique servet fœdera humani generis ita inviolata, in magnis minimisque rebus, ut ne minima quidem conscientia labore detineatur. Quamquam autem in collatione in alterius arbitrium non expressè adjiciatur viri boni arbitrium; id tamen tacite semper subesse creditur. d. l. 30. pr. D. d. oper. liber. l. 1. §. 1. de leg. 2. add. d. l. 76. l. 78. pro soc.

VII.

Hæc de nominis definitione. Aliorum in Definitiones ipsius Rei, cum rarae sint, & vix inveniantur, in multis inquirere, opera pretium non putantes supersedemus. Igitur rem & argumentum nostræ Disputationis Inauguralis ita delineatam atque descriptam defendemus. ARBITRATUS BONI VIRI in conventionibus, ultimis voluntatibus, aliisque causis extrajudicialibus, est arbitrium, quo quid in iis incertum adhuc, sine judicij figura, ex æquo & bono, ab eo, qui ad hoc constitutus est, certum redditur. Hujus descriptionis verbis singulis majorem lucem adferent ea, quæ in ipsa tractatione traduntur. Conf. Card. Tusch. pract. concl. 465. lit. A. ubi querit: Arbitramentum quid sit, & quid laudum, & quid in dubio presumatur?

VIII.

Dividi potest arbitriu in B. V. I. à causa, ad illud partes deduciente, quod sit vel necessarium vel voluntarium. Illud dicimus, ad quod eas causa publica jubet, & sic necessitas, quam vocant, consequitur, ut in simili materia loquitur Frantz. in comment. ad Inst. in pr. de divis. stip. n. 4. non vero voluntas libera & spontanea. Estque iterum vel legale, ad quod quis legis dispositione compellitur; vel Prætorium, ad quod iussu Prætoris. Hoc vero, voluntarium inquam, contra habeat. Estq; vel conventionale, vel ultima voluntate electum.

Illud

Definitio
R. L.Divisio.
I.
à causa
Efficiente.

Illud est, ad quod partes mutua conventione perveniunt; Hoc vero, ad quod ex ultimæ voluntatis dispositione. Voluntarium à modo voluntatem declarandi dividi potest in expressum & tacitum. Expressum est, quod vel à contrahentibus, vel à dispónente per ultimam voluntatem in B. V. judicium & voluntatem, æquo bonoque conformatum, verbis expressis collatum est in genere aut in specie, cuin personæ, à quâ expressè suscipitur, determinatione. Tacitum vero, quod, licet boni viri non habeat mentionem, in eum tamē collatum esse præsumitur ac creditur ex verbis nudam ac meram voluntatem non inferentibus. l. 11. §. 7. de legat. 3. l. 30. pr. de oper. libert. l. 58. §. 1. locat. ibi: quia id actum apparet esse. l. 137. §. 2. de V. O. l. 46. §. 3. de fideic. lib. Sed & quod ipso facto confertur aut suscipitur, ut infra ostendetur.

II.
Subjecto
1.

Il. A subiecto (1.) aliud est nominatum: aliud innominatum. Illud est, quando persona arbitratoris nominatim comprehensa est. l. 76. pro soc. l. 43. de V. O. l. f. C. d. C. E. Estque vel restrictum ad personam nominatam, à quâ non rece ditur, sed ea non arbitrante extinguitur, quale est in contractibus. l. 44. de V. O. l. f. C. de E. V. vel simul vagum & generale, personam nominatam non arbitrantem exceedens, quale in legatis & fideicommissis, & in aliis quibusdam casibus servatur, ut infra demonstratur. Hoc vero quando indefinite in B. V. arbitrium respectus fuit habitus. arg. d. l. fin. quale est Legale. Item ultima voluntate quoque tale eligi potest, ut & in alimentis i. ex. expr. in l. 10. §. f. de alim. leg.

2.

2. Aliud est arbitrium alienum. l. 25. pr. locat. ibi: alieno arbitrio. l. 1. §. 1. de legat. 2. ibi: arbitrium alterius. Aliud proprium, eorum, ad quos negotium spectat. l. 7. pr. π. de contr. Empt. ibi: arbitrio rei. e. g. heredis l. 46. §. 3. de fideic. libertat. l. 75. pr. de legat. 1.

IX.

Boni viri arbitratu ut quid fiat, variis à causis efficitur. Nimurum id aliquando ab ipsa Lege disponitur: quando ab ea contrahentes coarctantur, jubentur rem determinandam ad virum bonum remittere, ejus arbitrium in causa sequi, vel aliquid facere arbitratu boni viri. Exempla passim occurunt. vid. §. 3. inst. de inoff. testam. l. 35. D. mand. l. 57. pr. de C. E. V. l. 58. ff. de legat. 1. W. Landr. p. 2. t. 7. §. Nach dem wfr/ibi: doch das in diesem letzten Fall das Pfand durch erbare/ erfahrene Leute gesichert und ic. vid. Joh. Port, in l. si quis 43. de V. O. Geedd. ad l. 68. de V. S. Porro

A 3

Causa
Efficiens.
Principalis.
Conferens.

Porro Prætor quoque cautiones, quæ à mero ipsius officio proficiuntur, boni viri arbitratu interponi curat, ut damni infecti, l. un. §. 3. de rip. mun. de re defendenda. l. 5. §. 3. judic. solv. l. 12. l. 18. l. 33. §. 3. l. 45. pr. l. pen. de procur. usufructuarium. l. 1. pr. §. 3. 6. l. f. p. 20. usufr. quem. cav. l. 30. §. f. de jurejūr. Sic & Magistratus locorum certis personis rerum familiarium peritiā instructis injungere solent, ut frumentis, panibus, carnis, aliisque, pretium decernant, quos Schäfer, re in genere dicunt, & à variis objectis specialia nomina sortiuntur, ut adpellentur Brotschäfer / Fleischschäfer. Ita etiam laudabilis hujus Universitatis statuto cautum de mercede habitationum studioſis elocandarum, per aſtimatores conſtituenda, in Statutis renovatis Universit. Tübingens, p. 130. ſeqq. verbis: *Id ut aquum omnibusque notum eſſe pofit, ſingulis annis per duos ad hanc rem, alterum à Reſtore, alterum à Prefecto urbie depuſatos, ad initium Reſtoris aſtivi, omnes Habitationes aſtimator & Tabula publica in Aulā nova proponuntur.* Denique arbitrandi facultatem concedit voluntas; quæ eſt vel ultima, vel inter vivos declarata. Illa quidem, cum diſponens, vel per testamentum, vel per codicillos relictum, quid confert in hæreditis arbitrium. l. 75. pr. de leg. l. 11. §. 7. de leg. 3. l. 46. §. 3. & 4. de fideic. lib. vel alterius, l. 1. §. 1. de leg. l. 43. de leg. 3. In negotiis inter vivos arbitrium hoc confert voluntas contrahentium, quoconque modo expiella, ita, ut tacita etiam facta declarata, ſufficiat: Veluti ſi duo contrahentes ſuper aliquā contractū parte ambigerent, nec conuenire poſſent, Titius autem rem illam ambiguum definiret: Tunc enim illi Titii ſententiam amplectendo conſentirent in Titium arbitratorem. Tacitè enim tunc adſumimus arbitratorem, quando non rogati cujusdam interpositionem acceptamus, pronunciatio illius morem gerentes, fac. l. 10. §. 2. ff. de recept. Myns. decad. 6. Rep. 55. n. 20. Hinc etiam hoc respectu dividitur in expreſſum & tacitum. vid. Joh. Bapt. de Perus. l. 6. c. 1. Et hæc de cauſa boni viri arbitrium conſerente.

X.

In Suſcipiente arbitrium tale requiriſtur indiſtincte voluntas: & quidem, quando à cauſa publica conſeretur in certam perſonam, ex neceſſitate muneris impositi ſuſcipitur illud. Cæterum ſi à privatis, tunc in arbitrio ejus eſt, an ſuſcipere velit: nemini enim aliquid ſubendum obtrudi poſſet. arg. l. 3. §. 1. π. de recept. arb. Frantz, in d. h. num. 25. Duar. in d. l. p. 165. & arbitramen tum vi metuē extortum iplo

de Arbitratu viri boni.

Ipsius jure nullas vires habere tradit Bald. in l. f. C. comm. de leg. Quoniam autem & hujus tacita voluntas ſufficiat, non dubitamus. arg. l. 6. §. 2. D. mandat. Specul. in tit. de arbitr. §. ſequitur. vers. numquid. Quoniam in contrarium teatimol, & relati à Mascard. de probat. vol. 3. c. 1218. n. 26. Ut ergo in negotiis inter vivos alicuius arbitratu res determinari queat, requiriſtur ratione cauſa effectricis, ut voluntas, non unius, ſed utriusque eundem ad hoc conſtituerit, & volentem quidem: ut ita lege contractū fuerit comprehenſum: veluti loquitur J. C. in l. 77. pro ſoc. Cujuſ requisiti defectu quod nullum fit, quicquid in hac re ab infante, furioso & ſimilibus, geſtum eſt, ipsa ratio docet. Illud nihil refert, num pena ſit adjecta, nec ne, l. f. C. de contr. empt. l. 44. D. de V. O. Lanfran, in pr. p. 1. n. 22. An Scriptura opus ſit ad hanc voluntatem declarandam, quæ potest? Eſi quidem noſtro ſeculo in omnibus paulo gravioribus actibus uifitatum ſit, placita scriptis conſignare, idque à veteribus quoque factum fuerit, quod longe etiam tutiſſimum eſſe nemo negaverit: Scripturam tamen, praeter facilioris probationis commodum, nihil roboris & efficacia hinc habere, dicendum eſt: Nisi expreſſe conuentum ſit, ut in scriptis eligeretur. arg. prine. Inſt. de Empt. vend. l. 4. de pignor. l. 17. C. de fid. inſtr. vid. Gothofr. ad l. f. C. de contr. empt. Ex diſcis apparet stipulatione ad conſtitutionem illius opus non eſſe. In quo ab arbitrio, ad quod ex compromiſſo iurit, diſſert. d. l. 76. pro ſoc. Colligitur ex his Gentium Jure magis regi hujusmodi inter vivos in arbitrium collationem, Joh. Bapt. Blas. in tr. de arbitr. pref. n. 27.

XI.

Cauſa, quæ movet legem, ut in B. V. arbitriū quid conſerri velit. Impulsiva aut permittat, varia eſſe poſt: Partim nempe favor certarum rerum & cauſarum, quales ſunt ultimæ voluntates, l. 41. §. 4. de fideic. libert. l. 46. §. 3. eod. l. f. §. 1. C. commun. de legat. ibi: ne dum legatarium ſatis forvendum eſſe exiſtimamus. Glosa, ad l. f. C. E. verb. pro nibilo. in adverdit. Dotes. l. 69. §. 1. de jur. dotium, aliaeque, quarum diſpoſitiones ait, eaſadem factas, ob ſolam non expreſſam ab homine certitudinem, impunum abire non uifituit lex: praefertim cum defectus ille hominis alio modo repleri compenſarique poſſit, judicis nimirum, aut B. V. deterrimatione: Inde, ut id fiat, actum à privatis ſepe credat. Studium quoque obæratos debitores contra varias creditorum fallacias muniendi. Wurt. Landr. d. l. junct. l. f. C. de pact. pign. In reliquis negotiis cauſa impulſiva in eo conſistere videtur, vel ut contractus co-citius perficiatur;

Dissertatio Inaug.

tur; vel ut, quod ipsi contrahentes ignorant, aut non bene ponderarunt, brevius e. gr. tempus operi perficiendo statuentes, quam quod absolvit posset, ab aliis peritoribus, l. 58. §. 1. locat, aut, quod ob amicitia et recipiendam determinare nolunt, a communi amico, constituantur, arg. d. l. 76, pro soc. ibi: ut Nerva amicus communis partem constitueret societas, junct. l. 63. pr. π. pro soc. aut ne affectione privatâ, quæ quippe homines sëpe in transversum rapit, Phil. Matth. ad l. 22. §. 1. de R. l. ab eo, quod æquum & justum est, ipsi contrahentes aberrent; sicutque in universum commerciorum usus cõ diligentius promoveatur.

XII.

Subjectum. In collatione alicujus rei in B. V. arbitrium, quæ sit à privatis; videamus nunc de personis, quæ sunt vel conferentes, seu, ut loquitur J. C. in l. 30. pr. de oper. libert. arbitrio substituentis; vel suscipientes. Quod illas concernit, sciendum, omnes inter vivos arbitrium conferre posse, qui contrahendo se aliis obligare, & jus ad rem constituere valent, quique de rebus suis pro libitu disponendi facultate à lege non destituuntur, arg. l. si pupillus. 35. π. de arbitr. l. 34. §. 1. π. de minor. faciunt huc, quæ de compromisso tradit Menoch. de A. I. Q. c. 171. n. 43. Hinc arcentur pupilli, minores curatorem habentes, prodigi aliive huius generis. Tutoribus & curatoribus vel solis, pupillorum & curandorum nomine, velut auctoribus & consentientibus solùmmodo sub arbitratu alterius contrahendi facultatem non denegamus; modo nullo non tempore utilitatem pupillorum suorum ob oculos ponant: alias tutelæ judicio tenebuntur. Idem dicendum erit de procuratore universorum bonorum, arg. l. 58 ff. de procurat. Per ultimam voluntatem autem id conferre possunt, qui & testari,

XIII.

Suscipient. Recipere quoque apti sunt arbitrium, sive arbitratoris partes subire; quibus nec natura, nec Lex est impedimento. De muto & surdo queritur: num possit esse Arbitrator? Et primo intuitu illud quis negaverit, arg. l. 9. §. 1. π. de recept. Verum rectè in talem compromitti, probant nonnulli exinde, quod muti & surdi firmiter pacisci & contrahere queant. l. 4. §. 1. de pac. vid. Anton. de Butr. in c. quintavallis Cyn. in l. f. C. de arbitr. Accedit, quod muti & surdi specialiter à stipulatione tantum impedianter, à reliquis contractibus & negotiis non item. l. 1. pr. d. V. O. cum possint intelligere & consentire, l. 48. de O. & A. Modo igitur voluntatem arbitrii que declarare queant, nihil est, quod ab

de Arbitratu boni viri.

ab hoc arbitratu eos repellat. Confer. l. discretis. 10. C. qui test. fac. potest & Bapt. de S. Blas. d. tr. n. 28. & seqq. Ad oppositam l. 9. B. illam loqui de arbitro, qui judicis officium quodammodo gerit, à quo speciatim lex mutos & surdos arcet. De cœco simile erit judicium. Bapt. de S. Blas. d. l. n. 32, nisi res, de qua pronunciari aliquid debet, ocularem inspectionem desideret, arg. l. 11. π. de contr. empt. Anton. de Butr. in d. cap. Quintavallis. De Bannito, deportato, & excommunicato vid. Bapt. à S. Blas. d. Tr. n. 20. & 24. & n. 18. Tusch. V. I. c. 447. Fœminæ, quævis non possunt esse arbitrae, per l. f. C. de arbitr. quin tamen rectè elegantur in arbitratrices, nullus dubito, arg. d. l. f. Cyn. Salic. in d. l. f. Specul. in arbitr. §. potest. in pr. Abbas in c. quintav. Tusch. d. l. n. 27. 28. Camill. Borell. in tr. de Comprom. §. 2. gloss. 4. n. 18. Si hermaphroditus adsumtus proponatur, valere arbitrium ipsius, sine distinctione sexus in cœlēscētis, ut dicamus, superioribus est conveniens, vid. Bapt. d. S. Blas. d. tr. n. 16. De servo jura sunt expedita; Verban. arbitratu Lucii Titii fieri: jus (i. e. non nudum factum, sed facultatem arbitrandi, iure permisam & corroboratam, Goedd. ad d. l. Gothofr. ibid. quo ipso arbitratu certum quid constituitur, quod partes sequi tenentur, e. gr. contradicunt, hactenus pendente, perficere, §. 1. I. de emt. vend. l. f. C. cod.) significant, &c in servum non cadunt. l. 68. de V. S. junct. l. 7. l. 9. pr. de arb. receipt. Et quanquam nonnulli putent, hunc textum loqui tantum de arbitrī, non autem de nostris arbitratoribus, ex eo fundamento, quod contractus sint facti; facti autem capaces esse servos, quod vè servi acri monia judicij naturali non destituantur; Verius tamen est vel maximè de nostris arbitrī ibidem J. C. agere, prout latè demonstrat Goedd. ad d. l. Henning. Wegner. ad eand. Quid autem si recepta hāc arbitrandi facultate in servili conditione, liber postmodum factus arbitratus fuerit? Valebit, si consentientibus partibus id fecerit. d. l. 9. pr. In minore quid obtineat, habes iterum apud Joh. Blas. n. 21. add. l. 3. C. de in integr. rest. Absentem quoque arbitrarem dari posse, non ambigendum; qui ipse etiam Absentibus contrahentibus arbitrium ferre potest. Conf. Menoch. de A. I. Q. l. 1. quæst. 17. n. 11. & seqq. In quo ab arbitro compromissario differt, post Donell. Tr. vol. 2. disp. 27. th. 7. l. d. & Bachov. ibid.

XIV.

Q. Utrum filius fam. à patre rectè eligatur? Dubitationem mouet, quod unam cœdemque personam agere videantur, ex judicio ipsius

ipsius Imperatoris in l. f. C. de impub. & aliis substit. quo posito, res patris ipsius filii simul esse censemur, in proprium autem arbitrium non potest facilè quid conferri, secundum ea, quæ proponentur infra. At verò hanc rationem non satis concludere, contrariumque verius esse, patet vel exinde, quod filius fam. nullibi reperiatur exceptus: deinde hoc decidi potest arg. l. 6. ff. de recept. arb. Arbitrium inimici electi quin robur habeat, extra dubitationem est, cum parti eligentitalem non amplecti, integrum fuerat: est namque hæc electio meræ voluntatis & facultatis. Quod si tamen adpareat, ejusmodi arbitratorem affectibus ductum, supra modum alterum læsisse pronunciando; aut reductio locum habebit, aut exceptio doli, Vid. l. 32. §. 14. ff. de recept. Add. l. 30. pr. ff. de oper. lib.

An et quat.
pluror?

Plures adsumi ad arbitrandum posse, licitum non modo, sed quandoque etiam utile esse & necessarium, arbitrör. arg. l. 17. §. 2. & seqq. de recept. Cum enim sèpissimè contingat, ut pretia rerum varient, & una eademque res apud diversos diverso valore æstimetur (*magna si quidem inter mortales, & sic eorum judicia & censuras, distantia est.* l. 31. π. de solut. juxta vetus dictum: *quot capita, tot sensus.*) adeoque in incerto sit, quid sequendum: eò in casu consultius erit, à pluribus peritis expiscari, ut deinceps, quod magis æquitati conveniens sit, à majori parte statuatur, contrahentibusque normam ac legem dët. Quid autem tunc juris sit, si in pari numero constituti dissenserint, aut unus mortuus fuerit, aut non omnes præsentes, sed major pars statuerit aut æstimaverit? hæc & similia colligere facile licet ex d. l. 17. §. 6. 7. l. 18. π. de recept. Conf. Gamill. Botell. d. tr. de Comprom. §. 2. gloss. 4. n. 127. & seq. & §. 4. gloss. 2. ubi tractat de eo: an in casu discordiæ tertium aliquem eligere queant?

XVI.

*Constitutio
ipsius subje-
cti quam sit
necessaria?*

Ut autem alicujus arbitratu facta determinatio valeat, requiritur ratione hujus subjecti, ut ipsius persona ad hoc fuerit constituta vel electa. Nam ex constitutione vel electione facta, sive à Lege, sive à Magistratu, sive à privatis, facultatem arbitrandi déminum quis accipit: non à bonitate sua & judicij acrimonia; quam licet optimè in ejusmodi contractu, aut ultima voluntate adhibuisse arbitrando, sed sine hac facultate in suam personam collata, omne quod egisset, nullius foret momenti. Contra verò, si ex facultate accepta arbitratus esset, à boni viri judicio, sicut aberrans, subsisteret in tantum illud arbitrium, ut tamen reduceretur: per ea quæ infra,

XVII. Hic

XVII.

Hic vero multa jam consideranda veniunt, & è tenebris in distin-
ctam veritatis lucem, quantum fieri poterit, eruenda, distinguendo circa hoc subjectum, quod, ut arbitratu suo aliquid definit, constitu-
tum est, 1. inter personam incertam & certam; & quoad hanc 2. Inter
ipsos contrahentes, creditorem sc. & debitorem, & tertium aliquem.
3. Inter contractus & ultimas voluntates; & 4. quoad illos inter b. f. &
fticti juris. 5. Inter contractuum substantialia & accidentalia, & tandem.
6. An electa persona æstimaverit seu arbitrium interposuerit, vel non.

XVIII.

In Incertam personam, & sic generaliter boni viri arbitrio, Lege, vel Prætoris edicto quid committi posse, ut partes vel judex teneantur post certæ personæ electione id, quod hucusque incertum est, de-
terminare, dubio caret. Ejus exempla obversantur passim: veluti in
l. 57. pr. ff. de C. E. V. ibi: *tunc coarctandus est emitor venditionem adim-
plere, estimatione boni viri arbitratu habita.* l. 35. π. mand. ibi: *& tuam
partem, boni viri arbitratu estimato pretio, dari oportet, in §. 3.* Inst. de
inoff. test. & alibi: vid. supra num. 8. Quæ obligatio, jure imposita, non
pendet sub conditione arbitrii subsecuti, nec mora ei inest, neq; dies, sed
pura est, arg. l. 1. §. 1. π. de leg. 2. Insuper in ultimis voluntatibus, quod
legatum vel fideicommissum in incertæ quoque personæ, boni viri nem-
pe, arbitrari in genere conferri queat, bene colligere est ex l. 43. D. de
leg. 3. l. f. §. 1. C. com. de leg. l. 1. §. 1. de leg. 2. arg. l. 6. l. 27. π. de con-
dit. & demonfr. add. l. 11. §. 7. de leg. 3. l. 46. §. 3. de fideic. libert. l. 75:
pr. de legat. 1. In Contractibus autem, nisi sub conditione iniqui,
ab electa certa arbitratoris persona lati, arbitrari, arg. eorum, qua pau-
lo post adducuntur, minimè. Sanè enim qui generaliter alieno aut
b. v. arbitrario quid promittit, nihil agit, per l. 25. π. locat. Hillig. ad Do-
nell. l. 13. c. 1. l. p. in not. ut, si in venditione convenienter, quod pretium
declarari debet à bono viro in genere, non facta relatione ad judicem
vel ad certain personam. Maul. in tr. de empt. tit. 4. n. 12. Quamvis au-
tem Glossa & Bald. ad l. in vendoribus. 13. C. de C. E. jam olim hoc, & re-
cte, docuerit: contradixit tamen ipsis Raphaël Cumanus in l. 43. ff. de
V. O. n. 20. notante Mantic. in Tr. de tact. amb. convent. l. 2. t. 1. n. 31.
Sed dum ad sententiaæ suæ stabilimentum usus est l. 7. pr. π. de C. E. &
l. 1. pr. ff. de leg. 2. facile cuivis de robore ejusdem constabit.

An & quan-
tenus quid
conferri
queat
in
personam
Incertam?

In
ultimis
voluntati-
bus.

Contractib.

Except.

Exceptio tamen ab hoc, quod in incertam personam, nempe b. v. arbitrium, pretium in emtione venditione conferri nequeat, est in contractu pignoris: ubi contrahentibus permisum est, pacto comprehendere, quod non soluto intra certum tempus debito, rem pignori datam, justo pretio aestimandam, possidere liceat creditori, qui casus habetur in l. 16. §. 9. π. de pign. Ex quo pacto debitor nolens vendere rem tenetur creditori, conditione hanc existente, ac aestimatio rei op-pignorata refertur tunc vel ad pretium commune & forense, vel b. v. arbitratu determinatur. Frantz. π. eod. n. 54. Quod speciale quid esse, cum alias vix debitores invenirent pecuniam, cum Glossa ad d. l. 16. §. 9. dicendum videtur. Quare licet postea, cum ad contractum venditionis perficiendum (*nec enim, solutione non facta, ipso iure venditio celebrata censetur*. Frantz. d. l.) accedunt, electa ab ipsis arbitratoris persona non determinaverit pretium, vel in electione aestimatorum par tes non consenserint, judex tamen aditus, tanquam vir bonus, exhibitis tunc a se electis aestimatoribus, arbitrabitur. Gothofr. ad d. l. 16. Add. l. f. C. de jur. dom. imp. Vid. Menoch, *de Adip. pos. remed. s. n. 160.* & seqq. ac Neguz. *de pign. p. 4. pr. n. 6. & 11.* Consonat J. P. W. d. p. 2. t. 7. §. 8. Nach dem vir. ibi: durch erbare/ erfahrene Ecute geschäkt: perinde ut de societate, ab initio simpliciter, nulla partium mentione facta, inita, si postea convenerit, ut distributio fiat arbitrio Titii, ex Socin. Sen. docet Mantic. d. tr. lib. 2. t. 1. n. 30.

Cæterum quandocunque lege ipsa pretium in emtione minuendum, certo in casu, officio judicis venit, quod contigit e. g. si quis emerit rem, cuius usus fr. ad ipsum clementem ignorantem pertinebat, l. 16. §. 1. l. 17. π. de C. E. si quis domum pro dimidia aut majore parte exustam, l. 17. pr. eod. tunc, et si exprefse partes innominatum b. v. arbitrium comprehendant, valebit tamen conventio ista, non obstante arbitratoris incertitudine, & ad b. v. arbitrium res decidenda devolvitur; quia ea, quæ ex juris constitutione insunt, ut in dd. casibus b. v. arbitrium, dd. ll. junct. l. 46. pr. l. 49. de evict. Frantz. π. eod. n. 87. et si a partibus exprimantur, non tamen mutant rei conditionem. l. 2. π. de condit. indeb. l. 3. C. de fidei ss. post Paul. Castr. lib. 1. consil. 11. n. 3. qui hanc regulam in genere verissimam dicit, Mantic. d. tr. lib. 2. tit. 1. n. 33.

Certam?

Atque hanc de arbitrio in incertam personam collato, Regulariter ergo

¶gō certa debet esse persona electa arbitratoris. Ubi nunc primo videndum est de Tertio, in quem confertur arbitrium, eo nempe, qui non est ex ipsis contrahentibus.

Et quidem in ultimis voluntatibus, si in personæ certæ arbitrii legatum vel fideicommissum confertur, non tantum in hanc personam, sed simul in b. v. arbitrium indistinctè, tam quod effectum reductionis, commissa in arbitrando iniquitate, quam quoad ipsum arbitrium, electo plane non arbitrante, collatum censemur: & sufficitur à jure. De priore effectu constat ex regula generali, quod, quisquis alieno arbitrio valide quid substituit, ejus mens ea ferè sit, ut, quia speret, eum rectè arbitratur, id faciat, per text. expr. in l. 30. pr. π. de oper. libert. l. 76. & seqq. maximè l. 79. π. pro soc. l. 22. §. 1. de R. I. De posteriore itidem, quod tali legato nulla inesse dicitur conditio, quæ in esset utique, si electi arbitrii solius arbitrium spectandum foret. l. 1. §. 1. π. de leg. 2. l. ult. §. 1. C. comm. de legat. Id quod partim ex presumta testantis mente venit, partim ex legatorum favore dependet. Phil. Matthæi ad d. l. 22. §. 1. de R. I. Bach, ad Tr. vol. 2. d. 27. th. 7. lit. c. Ejus tamen, qui electus est, arbitrium ante omnia expectatur, quo non subsequente, ad alterius b. v. arbitrium recurrit. Imo interdum ipsi legatario permittitur, in legato nempe electionis, arbitratu Lucii Titii facienda, d. l. ult. §. 1. C. comm. de leg. Nominato autem à testatore non arbitrante, pecuniam non incurrit heres, si quam fortè ei, in casum non factæ præstationis, dictayerit testator, l. 7. l. 27. ff. de cond. & dem. Phil. Matth. d. l.

In contractibus autem, quoad collationem Arbitrii in certam personam, hæc ipsa paulò secus se habent. Primo omnium autem, quod ipsa etiam contractus substantialia in certæ personæ arbitrium conferri queant, imo debeant, si ipsi contrahentes determinare nolint, & tamen validè contrahere animus ipsis est, constat: Id quod pluribus probari potest textibus, in l. 25. pr. ff. locat. l. 76. & seqq. pro soc. l. 22. §. 1. π. d. R. I. l. 43. & seq. π. d. V. O. Hæc autem collatio in certam personam fit quidem simul etiam in boni cuiusdam viri arbitrium, ad effectum reductionis, in casu manifestæ iniquitatis, ab arbitratore arbitrando jam commissa: ita ut hoc respectu à persona ejus, post arbitratum talem, recedatur, & alterius boni viri arbitrium assumatur, aut ad judicem, ut propter virum bonum, recurratur. Quod ipsum ex generali ratione d. l. 30. pr. π. de

ultimis
voluntati-
bus?

Contracti-
bus?
An & qua-
tenus ab
electa
Arbitratoris
persona
recedatur.
in
casu
quo.

I.
Inique
arbitratur &

π. de oper. libert. adparet, &c in terminis traditur in l. 24. pr. π. locat. d. l. 76. & seqq. maximè l. 79. pro soc. Ita ut hoc casu arbitrium non tam personæ, quam ipsi æquitati, quæ certis personis non circumscribitur, insertum videatur, verba sunt Philippi Matth. d. l. n. 13. Cum vero speciales hi textus de arbitrio, in b. f. contractibus in certam personam collato, loquantur; in quibus Dd. communiter id credunt, quando de emtione, locatione, societate, agunt, vid. Sichard, *ad rubr. Cod. de C. E. n. 6.* ansam hoc dedit quærendi: An etiam in contractibus stricti juris post iniuriam commissam in arbitrando, ad b. v. arbitrium recurratur? Id quod nonnulli, teste Glossa, in l. f. C. de E. V. ad verb. *perveniat*, negant, propter l. 43. π. de V. O. ibi: à persona non esse recedendum ejus, cuius arbitrium insertum est, è quibus etiam est Phil. Matth. ad d. l. 22. §. 1. n. 15. post Cujac, ad d. l. 43. Verum quod d. l. 43. loquatur non de casu, quo arbitratus est electus, sed quo moram in arbitrando committit, & tandem planè non arbitratur, ipsa verborum d. l. 43. evidentia ad oculum ostendit, & propterea d. l. 30. π. de oper. lib. generalitati merito inhæremus cum Glos. d. l. Donell, Treutl, & aliis ab hoc alleg. in V. 2. d. 27. th. 7. c. & Bachov, ad eundem, ostendente ibid, quare in arbitrio compromissario hoc non obtineat.

XII.

2. quo planè non arbitratur? Ceterum in contractibus collatio arbitrii in certam extraneam personam nullatenus simul fit in b. v. arbitrium, in casum, quo plane non arbitratur electus, sive nolit se immiscere, sive morte præventus, aut ob aliud obstaculum, nequeat. Id quod in contractibus stricti Juris, ob strictam eorundem naturam. de qua Dd. ad §. un. I. de obl. ex consens. omni tempore in Imperio juris fuit, nec de iis dubitandum arbitror. text. in d. l. 43. & seq. de V. O. Treutl, d. l. Perinde, uti in compromisso ad alterius arbitrium non recurritur, arbitro non arbitrantे, sed res in eod, statu manet, in quo ante compromissum fuit, l. 45. l. 50. π. de recept. Phil. Matth. d. l. n. 15. Corruit igitur contractus talis, electo plane non arbitrantे. d. l. 44. Gedd. d. l. n. 171. Hillig. ad Donell, l. 13; c. 1. lit. q. in not. & ipse Donell. d. l. At, quoad b. f. contractus, sunt, qui putant, Jure Dig. aliud obtinere, correctum tamen Jure Codicis, per d. l. f. C. de contr. empt. adducunt ad hoc sèpè citatum l. 22. §. 1. de R. I. & modò laudatam l. f. Verum ut libentes fatemur cum Imp. Justiniano ex d. l. f. magnam circa hoc dubitationem fuisse exortam multis antiquæ prudentiæ cultoribus, Sichard. ad rubr. C. 4e C. E. n. 6. que

quæ ob id Imperatoria opus habuit decisione: ita hanc sententiam nec omnium, nec plurimorum JCtorum fuisse, ex ipsis hisce verbis colligimus, & possemus ex ipso Cajo, JCto in in l. 15. pr. π. locat. contra sententes manifestò convincere, nisi textus iste Tribonianam manum prodiceret, observante hoc rectè Bachov. ad Tr. V. 1. d. 29. th. 3. lit. c. d. & V. 2. d. 27. th. 7. B. Stat tamen pro nostra sententia Celsi JCti auctoritas in l. 75. π. pro soc. cuius hæc verba: si coita sit societas ex partibus, quas Titius arbitratus fuerit, si antequam Titius arbitraretur, decesserit, nihil agitur. Nam id ipsum actum est, ne aliter societas sit, quam ut Titius arbitratus sit. Ut ut ergò dissensionis veterum argumenta in libris, ex quibus Digesta compilata sunt, extiterint; in ipsis tamen Digestis non legitur adprobata Codicis Legibus contraria sententia, præsertim cum decisionis d. l. fin. quæ est una ex 50. ut vocant, decisionibus. Rittersh, in comment. ad §. 1. I. de R. V. rationem commodè habere potuerint, atque habuerint compilatores. Nec obstat d. l. 22. §. 1. quæ non incommodè accipi potest de boni viri arbitrio, quantum ad corrigendum iniquè latum, arg. l. 76. π. pro soc. l. 7. pr. π. d. C. E. non autem quantum ad subrogandum, ubi electus nuncquam arbitratus est: Aut etiam de conditione in arbitrium collata, quæ non tangit ipsum contractum perficiendum, sed perfectum: in accidentalibus quibusdam determinandum, e. g. vendo tibi servum pro tot aureis, si rationes meo, i. e. domini, computaverit, arbitrio. l. 7. pr. π. de C. E.

XIII.

Quicquid autem inter veteres de hoc dubitatum fuerit, quorum multidistinguebant, utrum in aliquem, ut personam certam, consenserint contrahentes; an vero, ut in virum bonum, Glos. in d. l. fin. verb. *venerant*: quia tamen multæ conjecturæ & divinationes, quibus opus erat, litibus ansam dedere, certum in hoc jus paulò post compilationis Pandectarum initium reddidit Justinianus in d. l. f. ex qua desuntus est §. 1. I. de emt. usque adeò, utelecto, in b. f. quoque contractibus, non arbitrante, actum plane sit nihil, conditione scil. sub quâ quilibet talis contractus tacite initur, & tunc pendet, scil. si arbitratus fuerit, deficiente. Propterea perspicuum errorem errasse Cujacum ad d. l. 43. π. de V. O. qui adhuc negotium peragi, Titio etiam non arbitrantे, statuit, ut cum Bachov, ad Tr. V. 2. d. 27. th. 7. c. dicamus, satis causæ est. Et hanc sententiam, quod à persona non recedatur in emtione & venditione, collato in tertii arbitrij pretio, amplectitur etiam Mantica in d.

in d. Tr. de tac. & amb. convent. l. 2. tit. 1. n. 27. Mozz. tr. de contratt. titl de emt. vend. rubr. de substant. emt. n. 25. Quæ autem ratio sit, cur in contractibus à persona electa non arbitrante non recedatur, sed contractus potius pereat, quam ut ad b. v. arbitrium recurritur, prolixè exponit Donell, *ad d. l. 43. π. de V. O.*

Et hæc procedunt; etiamsi id specialiter & expressè non sit actum, ut is solus, cuius arbitrium electum, arbitretur. *arg. l. 75. profoc.* Nam si hoc ita actum, nulla dubitandi ratio fuisset J Cto *in d. l. 75.* Mantic. d. l. n. 29. rectè in hoc ibidem Menochium refutans,

XXIV.

De pretij augmēnto interij arbitrium collato.

De pretij certi augmento, in tertii arbitrium collato, e. g. vendo tibi fundum pro mille, & eopluris, quod Titius arbitratus fuerit: controvertunt Dd. an tacitè in arbitrium b. v. in genere consenserint, ita ut, Titio non arbitrante, ad b. v. arbitrium recurritur, & ab ejus persona sic recedatur? Licet autem negativa momentis rationum non careat, affirmativam tamen receptissimam esse, jam olim observasse Alciatum *ad l. 7. pr. π. de C. E. n. 26.* & magis receptam esse, docere Menochium *confil. 93. n. 4.* tradit Mantic. d. l. n. 39. qui *ibid. & n. 32.* plures restrictiones cumulat, quas aliis examinandas relinquimus.

XXV.

Quid Iure Canon:

De Juris Canonici tamen æquitate à persona non declarante quod ambiguum est, recedi, & ad judicium b. v. viam patere, testes sunt Mant. l. 2. t. 1. n. 40. & Menoch. *de A. I. Q. 68. n. 55.* qui plures citat auctores, textum autem nullum.

XXVI.

An in Contrahentium arbitrium proprium restè conservatur quid?

Hæc de arbitrio in extraneum collato. An verò in proprium ipsorum in negotio principalium arbitrium collatio fieri queat, indagandum nunc erit. In voluntatem Debitoris meram ipsam obligatio-
nis substantiam expressè non posse conferri, rationis est: quā enim ne-
cessitate solvendi astringeretur, qui nondum obstrictum se voluit, & de
quo, juxta communem hominum naturam, præsumtio est, quod non
facile sese obstrictum velit, præstandis his, quæ sibi oneri esse viderit,
arg. l. 25. 20. de probat. Phil. Matth. ad d. l. 22. §. 1. n. 21. Unde etiam,
ut id siat, jus non patitur. Nullum ergò est, quicquid ita actum est, ac
pro non dicto habetur; nulla inde obligatio, actio nulla, nulla obliga-
tionis, quæ nunquam in debitore extitit, ad hæredes transmissio. *l. 8. D. de O. & A. l. 2. §. 3. de eo quod cert. los, nulla obligationis etiam suspen-*
sio,

*fio, quomodo suspenditur arbitrio collato in tertium. Bachov. ad Tr. d. V. 1. d. 29. th. 3. l. c. d. etiamsi vir optimus esset, in cuius voluntatem collatum, ut quid debeat, & alias bonus vir, ponderatis rei circumstan- tiis, debitorem se declararet. Neque ex hujusmodi conventione quis invitus rem vendere compellitur l. 13. C. d. C. E. nec præstare, quod quis stipulanti ita promisit. l. 46. §. 7. l. 108. §. 1. de V. O. d. l. 8. Imò etiamsi in arbitrium ipsius, & uti æquum putaverit, id conferatur. arg. l. 35. §. 1. de C. E. Juri enim minime convenire, arbitror, quod simpliciter docet Titaquell. in Tr. de privil. pia caus. privil. 145. quod, quandocunque pars, in cuius arbitrium quid collatum sit, nolit arbitrari, in omnibus contractibus ad judicem recurritur, per l. (quam voluit allegare, sed ita quia à typographo fuit erratum) *hæc yenditio. 7. pr. π. de contr. emt.* In sti-
pulatione tamen tacitè in promissoris arbitrium conferri posse, nimis si in capitolum ascenderis, dabis ne? rectè tradit post Donell. Treutl. d. disp. 27. th. 7. inf.*

XXVII.

Quæ omnia, quatenus de mera, plena voluntate dicta sunt, in ultimis quoque voluntatibus ita procedunt: in quibus quippe in heredis aut alterius honorati voluntatem ac nutum verbis his: si volueris: si li-
buerit; nec legata, nec fideicomissa conjici queunt, an debere velit, aut
restituere? textus expressi in *l. 43. §. 2. de leg. 1. l. 11. §. 2. de leg. 3. l. 3. §. 1.*
dereb. dub. l. 46. pr. §. 3. de fideic. lib. Quare heres, adeundo heredita-
tem cum tali legatario vel fideicomissario, non quasi contrahit, nec ei
obligatur. *dd. ll. junct. §. 5. l. de obl. qua quasi ex contr. Bach. ad Treutl. l. 2. d. 13. th. 6. d.*

Exceptio tamen est in libertate, quæ ita fideicomisso validè relin-
quitur. *l. 46. pr. de fideic. libert.* Sed & Bachov. ad Tr. d. l. observavit,
interdum probari posse, testatorem viri boni voluntatem intellexisse,
etiamsi usus fuerit verbis istis: *si heres volueris.* Aliam exceptionem
ad fert Gœdd. in *tr. de contr. & commit. stipul. c. 8. n. 149.* tam in legislati-
onem in contractibus locum obtinuentem, nempe quod possit quid con-
ferri in debitoris voluntatem, si pendeat ab aliqua præstationis necessita-
te. *l. 44. §. 5. de O. & A. l. 115. §. 2. de V. O.* In quibus tamen iterum dif-
ferentia est à contractibus, quod in heredis, aut alterius honorati, arbit-
rium, non meram & plenam voluntatem, collatum legatum aut fidei-
comissum validum per omnia est, perinde; atque si eidem, non ut de-
bitori futuro, sed quasi viro bono, hoc injungatur; ut si dixerit testator:
C. si

Si fueris arbitratus: si putaveris: si aestimaveris; si utile hoc tibi visum fuerit vel videbitur. l. 11. §. 7. de leg. 3. l. 46. §. 3. de fideic. lib. si voluntatem meam probaveris. d. l. 46. §. 3. comprobaveris. l. 75. de leg. 1. si tibi probentur. l. 41. §. 4. de fideic. lib. si justum putaveris. d. l. 75. pr. Quo in casu tempus ad arbitrandum solvendumque arbitrio judicis solet præfiniri. arg. l. 13. de solut. l. 23. §. 1. π. de hered. inst. Glos. ad l. 1. π. de leg. 2. verb. mora.

XXVIII.

Hæc quidem de legato aut fideicommisso ipso in voluntatem honorati, an præstare velit, collato. Ceterum ea, quæ ad circumstantias eorundem magis pertinent, rectè in voluntatem ejus conferuntur. e. g. subjecti, cui ex coheredibus ipse velit restituere. d. l. 7. §. 1. π. de reb. dub. quantitatis obiecti, loci, arg. h. 2. §. 3. de eo, quod cert. loc. temporis, quando debeat. tex. expr. in d. l. 46. §. 3. de fideic. lib. cum voluerit, d. l. 11. §. 6. de leg. 3. Quod quidem relictum pendet, & non penderit, purum, & non purum seu conditionale est. Purum, respectu obligationis volendi, quam vivente fideicommissario moriens ad heredem passivè transmittit: conditionale autem, quantum ad jus ad rem fideicommissario acquitendum, quod prius non acquiritur eidem, quam gravatus voluerit. Et ideo si deceperit fideicommissarius, nondum declarata ab herede voluntate, ad heredes suos nihil transmittit. tex. not. in d. l. 11. §. 6.

XXIX.

An in Creditore? Tandem ad collationem in ipsius Creditoris voluntatem & arbitrium devenientes, dicimus, in arbitrium ejus obligationem rectè conferri. arg. l. 103. de condit. & demonstr. d. l. 108. §. 1. de V. O. Gœdd. c. 8. n. 149. id quod non habet magnopere dubitandi rationem. Bachov. ad Treutl. V. 2. d. 27. th. 7. in fin. quemadmodum & in legatarii. Quo in casu conditionale esse legatum, conditione personæ injuncta, & sic ad legatarii, antequam constituerit, decedentis heredem non transmitti, contra Treutl. cum Bach. d. l. credimus, quia satis evidenter id statuitur in l. 65. §. 1. de legat. i. l. 69. de condit. & dem. ut ut alias tacitè eadem conditio: si voluerit: insit, nec conditionale ob id legatum faciat. d. l. 65. §. 1. & expressio ejus, quod tacitè subest, nihil operetur, nec novam formam det, aut actum conditionalem faciat, per collecta à Barbos. l. 65. cupl. voc. expr. ax. ult.

XXX.

Objectum Relictis personis progedior ad Objectum, seu res, quæ alterius arbitrii

arbitrio committi possunt. Ubi generaliter tenendum, arbitritum conferri posse super negotiis honestis, futuris, & summatis omnibus, quæ in specie non excipiuntur; contractibus maximè b. f. arg. l. 78. pro soc. ibi: eo magis, quod judicium pro socio b. f. sit. l. 22. §. 1. de R. I. l. 24. pr. locat. ibi: nam fides bona exigit, ut arbitrium tale prestetur, quale viro bono convenit. arg. l. 60. in f. ff. mand. Stricti juris l. 43. de V. O. & aliis. Præprimis autem in his locum habebit, quæ alias determinationem non recipiunt aut à lege, aut aliunde. Nec minus ea arbitrio b. v. locum faciunt, quæ sunt obscuræ significationis, & per relationem ad aliud non possunt certificari, ut loquitur Bald. in auth. praterea. in 2. coll. vers. quaro ergo. C. unde vir & uxor. vid. Tusch. conclus. 476. lit. A. Facta quoque alterius definitionem non respuit: veluti si in locutione operis dicatur, ut illud fiat arbitratu Lucii Titii. Glos. in l. 77. pro soc. aut, ut opus destruatur. Glos. in l. 43. de V. O. ut rationes arbitrio domini computentur. l. 7. pr. de C. E. operæ prætentur arbitrio Patroni. l. 30. pr. de oper. libert. Elegans exemplum quoque habemus in l. 137. §. 2. d. V. O. & in l. 58. §. 1. locat. Modò & hæc talia sint, quæ non eximantur. Sanè enim, si legaverit quis fœminæ: si arbitratu Lucii Titii nupserit: hæc nec arbitrium ejus expectare necesse habet, nec si is non fuerit arbitratus, & ipsa nupserit, deficit legatum. l. 28. pr. l. 72. §. 4. π. de condit. & dem.

XXXI.

In hac vero objecti contemplatione paulò penitus versandum est, maximè quatenus in contractibus arbitrio locus sit: quam rem commodè duabus propositionibus includi posse, visum fuit. Prima esto de eo: Quidnam in alterius arbitrium, in contractibus, committi queat? In hac propositione distinguo inter contractus substantialis & accidentalis. Substantiam quod concernit, eam in tertii alicuius arbitrium conferri posse, docemur in l. 25. pr. π. locat. & pluribus aliis, supra citatis, locis: v. g. hæc res emta tibi esto, si Titius voluerit: item si pretium in alterius arbitrium conferatur: veluti quanti Titius voluerit: quantum summam vel pretium definierit. l. f. C. de C. E. Dictum autem est: in tertii arbitrium, i. e. certi alicuius hominis, nominativum expressi. Nam si quis ad B. V. judicium in genere, non designata certa persona, rem, ad essentiam contractus spectantem, velit deferre, nihil ageret, ut supra hoc in subiecto est ostensum. Hic bene secernendæ sunt supradictæ voluntates à contractibus, maximè quoad heredis institutionem.

Specie
de Contrac-
tibus
Propositio
generalis.

Hæc enim prorsus respuit alterius judicium & voluntatem, vultque per se firma esse, nec ex alieno arbitrio pendere. *l. 32. pr. π. de hered. inst. quod in legatis fecus esse, suo loco jam monitum.* Tertii, inquam, arbitrium admittunt substantialia negotii : ipsorum autem contrahentium nullatenus, prout evictum. Quibus consequens est dicere, convenienti non posse, ut unus partium eligat aliquid, pretium rei definiturum, cum, praeter dicta, hæc res à duorum consensu dependeat. *Hillig. lib. 13. c. 1. lit. p.* Exceptio habetur i. in eo, quod lex in arbitrium actoris pretium conferat in peenam contumaciae Rei. *l. 8. de in lit. jur. junct. l. 1. π. pro emt. l. 46. π. de R. V. 2.* In *l. 46. pr. de fideic. lib.* nempe in libertate per fidicommissum relata, quæ contra regulam, quæ in arbitrio rogati fidicommissum ponit non posse, traditur in *l. 7. §. 1. π. de reb. dub. illud* admittit.

XXXII.

2. Altera propositio erit de modo seu qualitate contractus ; item de tempore, loco, & similibus ; in cuius arbitrium conferri possint, ac debeant ? Et dicendum, hæc & talia non solum in tertii cūjusdam, (*quo nomine differt à substantialia contractus*) verum etiam in ipsius contrahentis, debitoris, vel heredis arbitrium conferri posse : e. g. si hæc res tibi placuerit intra quadriennium, emta sit Tibi aureis tot, vel tot. Hæc enim adjectio temporis est, & ad extrinseca contractus pertinet. *§. pen. Inst. de Emr. vend. Bronchorst. add. l. 22. §. 1. de R. l. 137. §. 2. de V. O. d. l. 7. de emt. vend. l. 77. seqq. pro soc. l. 24. pr. l. 58. §. 1. locat. l. 46. §. 4. de fideic. lib. l. 11. §. 6. de leg. 3.* (ubi verba : *cum voluerit* : non de conditione, sed de tempore, quando sc. voluerit, intelligenda sunt. *Matth. ad sapientiam l. 22. §. 1. de R. l. n. 24.* ita ut, ipso sic gravato herede decedente, antequam constituit dare, heres ejus teneatur, modo non antequam hoc fieret, ut gravatus constitueret, aut decederet, fidicommissarius decesserit ; tunc enim hujus ad heredem nihil transfertur. *d. l. 11. §. 6.* quia hoc respectu conditionale est. contra *Donell. Bachov. ad Tr. vol. 2. d. 13. th. 6. l. D.* ut supra quoque hæc de re :) *l. 69. §. 4. de Iur. dot. l. 75. pr. de leg. l. 146. §. 2. de V. O. Conf. Gœdd. d. l. num. 151.* ubi etiam de verbis illis ambiguis : *cum volueris* : nonnulla tradidit. *Add. Gloss. ad d. l. 46. §. 2.* ubi inquirit in rationem differentiarum inter verba : *si voluero, & cum voluero.* *Bach. d. l.*

XXXIII.

Q. Ex his facili negotio deciditur quæstio, à quibusdam mirum in modum

dum tracta : An valeat, v. g. venditio, cujus pretii determinatio in futurum arbitrium alterutrius contrahentium collata est ? Scilicet cum pretium sit de essentia contractus emptionis venditionis, frustra agunt, qui affirmant contra apertum textum *l. 35. §. 1. de contr. emt. junct. l. 7. pr. eod. l. 13. C. eod. Dn. D. Lauterb. in tract. syn. d. t. n. 15.* Pinell. in *l. 2. C. de rest. vend. p. 2. c. 1. n. 6.* Hillig. ad *Don. l. 13. c. 1. lit. r.* ubi refutat ipsum Donellum verbis sequentibus : *Hoc modo esset in potestate emtoris, an velit esse obligatus, ac pretium definire, & refellitur ipse Donellus ex l. 115. pr. d. V. O. quæ probat & imperfectum dici, quod nullum est, & pecuniam deberi non posse, incerta quantitate, quod sic contingere.* Si enim non uno numero, saltem duobus, tribus, vel paucissim liberaretur. Dissidentes robur argumentandi querunt in *l. 24. w. loc.* sed quam feliciter, ex modo dictis colligere est. Porro ex *l. 2. §. 3. de eo quod cert. loc.* ubi dicitur : *an quis debeat, non esse in alicujus potestate, sed esse quantum quis debeat.* At vero huic objecto resolvendo vel ipsa lex sufficit. Denique ex *l. 7. w. de contr. emt.* de quibus pluribus fortassis in discursu.

XXXIV.

Ethæc de contractibus in genere ad nostrum institutum satis erunt : ex quibus facilè reliquæ quæstiones, quæ à Dd. alias passim propounderunt, & nunc huc, nunc illuc trahuntur, expediri poterunt. Subjungam nunc quædam magis specialia, quæ circa unum alterum vè contractum agitari solent. Nimirum si emtio venditio proponatur à contrahentibus ita facta, ut uterque aliquem peritum eligat, qui pretium rei denominaret, puta : venditor Cajum, emtor Titum, num negotium subsistat ? Nos emtionem venditionem esse negamus, per *l. f. C. de contr. emt. vend.* Cum enim contrahentes id maximè intendant, ut, quod ipsi certum reddere aut non possunt, aut, pro renata, non volunt, ab alio, extraneo, definiatur ; judicium autem à duobus incertum & diversum cadere possit, atque ita eligentes suo destituantur fine ; fine dubio talis compromissio quoque erit nullius momenti ; utique, quia insuper certa persona, quod in proposita specie non fit, electa sit, necesse est : Imò accidere potest, ut in eligendo ipsi in diversas vias abeant, vid. *Vinn. in comment. ad Inst. §. 1. de emt. vend. n. 4.* Pinell. *de rest. vend. p. 2. c. 1. n. 6.* Thom. Maul. *Inst. §. 1. de emt. vend. n. 4.* Contrarium, ut communiorum, opinionem sequitur Fachin. *l. 2. contr. c. 1.* ubi in fine, nihil referre, ait, quod hic certa persona non sit nominata, cum conventio de eligendis duobus sufficere pos-

Specimnia
quædam
de
Contracti-
bus.
In
Emt. vend.

possit; & pro eo habendum, ac si electæ sint, & jam nominatae. At vero qualis hic certitudo? quodnam pretium? sine quo emtio stare hautquam potest. Nec impedit l. 16. S. f. de pign. ubi negotium non ut emtio venditio valere, sed ex contractu pignoris sustineri dicitur, utri R. Vinn. d. I. Ut ut autem hæc veritatem Juris habeant, Fachinæ tamen sententiam non solum communem, sed etiam in foro adprobatam esse, & consuetudine hujus seculi inter mercatores vigere, testatur Vinn. d. I. Busius in l. 1. de perm. n. 8. add. Castr. in l. 15. loc. quibus calculum suum addit Celeberrimus Dn Struv. Præceptor olim meus aliquot annos honoratissimus. in Synt. I. Civ. Ex. 23. th. 19. Quod si vero partes illorum duorum judicium tanquam unum, respiciant, ipsive electi, prævia collatione, in idem conspirent, nihil video, cur talis conventio effectu suo carere debeat, juxta superius tradita. Quid si pretii determinatio utriusque in voluntatem collata sit? superioribus consequens est, ut statuamus, emtionem esse nullus momenti, idque iterum propter summam in certitudinem, vid. Rath. de contr. emt. 1. assert. II. n. 1.

XXXV.

An autem contractus valeat sub ea forma, ut unus contrahentium solus tertium eligat, qui pretium declaret? Hæc quæstio supra verbo qua-
si facta fuit, & negata, & quidem rectè contra Bart. & Paul, in l. si merces 25. π. locat. Quamvis enim tunc casset timor discordiæ, ut in superiori
ca su metus est, quo duo à duobus eligendi sunt: alia tamen obstat ratio,
non minor impediens, quod scilicet in effetu, quæ res de substantia emtio-
nis est, ex unius contrahentium arbitrio penderet, contra l. 35. S. 1. de
contr. emt. vend. Thom. Maul. d. tr. tit. 4. n. 13. Rom. Consil. 257, inf.

XXXVI.

Ex eodem fundamento illa etiam quæstio, quæ à multis tractari, & affirmari solet à quibusdam, (vid. Fulgos, in l. hac venditio. 7. S. 1. de
contr. emt.) Si convenerit, ut alter rem justo pretio haberet; An emtio sit?
rectè negatur propter d. I. f. C. de C. E. si justitia pretii non aliunde deter-
minata sit, per plures citatos à D. Lauterb. π. de C. E. S. 1. n. 15. An au-
tem talismodi negotium in contractum innominatum abeat, & actioni
præscriptis verbis causa existat, videbimus. Pinellus d. Tr. de Res.
vend. p. 2. c. 1. n. 17. hoc posterius non putat, idque ideo, quod partes
cogitassent de emtione contractu, argumento sumto ex l. 7. π. de vulg.
& pup. subst. verbis: ne fiat contra voluntatem. Ego distinctionem
adhibendam arbitror; utrum res tradita sit, nec ne; ita, ut posteriore mo-

don nihil actum sit: priori autem actio P. V. nata videatur, juxta l. 21. π.
de P. V. arg. S. 2. I. delocut. Nihil mutante objecto Pinelli, tanquam non
satis concludente. Non enim tam verba, quam ipsam negotium examinari oportet: uti vel ex facti specie, in l. 6. π. d. t. recensita, apertum
est; ubi etiam venditionis fit sermo, & nihilo magis illa emtio venditio
est, tradente Neratio Jcto. Vid. Bald. in l. f. C. de C. E. Verba siquidem
secundum subjectam materiam & naturam contractus sunt intelligenda,
per jura & Dd. allegatos à Barbosa locupl. voc. verba. ax. 21.

XXXVII.

Quæ de emptione vendit: dicta sunt, locum quoque irvenient in
locatione, quippe quæ simillima emtioni esse, & iisdem fere juris regu-
lis constare dicitur ab ipso Imp. in pr. Inst. de loc. cond. junct. J. 1. eod.
l. 25. π. cod. l. f. C. de C. E. In locatione, mercede in utriusque voluntate
& arbitrium collata, quid negotii contractum erit? Non equidem
locatio conductio, ob mercedem dicto modo non constitutam; non se-
cuso in emtione venditione: prout patet ex th. anteced. Sed degenerat
illud factum, si res ad usum tradita, in contractum innominatum, & actionem
P. V. producit, per d. S. 1. Inst. d. t. l. 22. π. de P. V. vid. ibidem
Vinn. Rath. de contr. & diff. emt. assert. 10. n. 9. De societate quid di-
cendum, ex l. 76. cum seqq. abunde, & ex aliis, partim jam dictis, partim
dicendis, constare potest. In mandato sciendum est, quod interdum
certifines & modus gerendi præscribi soleant, quos diligentissime custo-
diri oportet, vid. l. 5. pr. π. mand. Mant. de tac. & amb. convent. lib. 7.
tit. 15. Würt. Landr. p. 2. t. 4. S. Es soll auch. Ubi vero ejusmodi
modus ac norma contractui adjecta non reperitur, expediendum est
mandatum juxta boni viri arbitrium, omnia ad mandantis præsumtam
voluntatem reducendo, l. 35. inf. l. 46. l. 60. S. f. π. mand. Dn. Lauterb.
in Tr. Syn. d. t. S. 2. n. 3. D. Frantz, eod. Tit. n. 8. Quod arbitrium ta-
men non conventionale, sed à lege, æquitatis intuitu, injunctum esse, du-
bio vacat: Cujus generis plura in seqq. §§. propōnentur,

XXXVIII.

Quoad poenam conventionalem disquirendum duxi, num illius
quoque determinatio seu constitutio alteris judicio submitti possit?
hunc in modum: si illud, quod promisisti, effectui non dederis; tunc,
quot aureorum Titius poena nomine expressurus est, mihi exsolves? Et
hoc Legibus nomine refragari existumo. Hujus occasione haut incon-
venienter quæstio tractatur hæc: Utrum, si Titius ille poenam, debitum
for-

In
Locat.

Societ:

Mandat.

Poena con-
vention.

forte vel quarta parte egredientem, arbitrio suo complexus fuerit, compromittentes eidem solvendae, vinculo quodam juris alligentur? Quod itidem dicendum videtur. Quod si namque partes voluntate sua & consensu mutuo ad unamquamque summam (modo id non fiat in fraudem legis, usurarum nimium excessum compescantis, de qua re vide subtiliter, & pleno studio, ex more, agentem Dom. Praecept. Lauterb. in *Diss. de persona conventionali. cap. 6. th. 30. cum seqq.*) jure se obligare non prohibentur. arg. l. 64. l. 56. de evict. & expressim in l. 38. §. 17. de V.O. §. 19. l. de inut. stipul. quo minus hoc in producta specie fieri possit, nihil video impedimenti; modo tamen arbitrator b. v. limites non excederit, & manifesta iniquitate arbitrium corruperit, arg. l. 30. pr. π. de oper. libert.

XXXIX.

**Stipulatio-
nib.
Prætoris.** In stipulationibus etiam, quæ ex Prætoris Jurisdictione proficiuntur, adhibetur judicium boni viri; scil. ut nobis Titii arbitratu recte careatur, satisdetur: ut defendamur. l. un. pr. & §. 3. π. de rip. mun. vid. Gedd. ad l. 68. de V. S. n. 1. l. 12. π. jud. solv. l. 5. §. 3. eod. l. 33. §. 3. de procur. Sed & si cautum jam est, arbitrium b. v. locum habet, ut p̄sistat, an in stipulationem commissum sit? e. g. si quis cautionem de defendente præstiterit, non mox in eam commissum dici potest, etiam si res non fuerit defensa, sed b. v. arbitrio hoc committendum, l. 18. π. judic. solv. l. 45. pr. π. de procur, non obstante l. 12. π. eod. per ea, quæ collegit & adduxit Glossa ad d. l. 18. verb. non cogat. Sic & si defensa fuerit, ant tamen recte, an non, id factum? viri boni est discernere, l. pen. π. de procur l. ult. pr. π. eod. Cautio etiam usufructuaria b. v. arbitrium continet: nempe si cuius rei ususfructus legatus sit, æquissimum Prætori fuit visum, legatarium cavere; usurum se b. v. arbitratu, l. 1. pr. usuf. quem cav. Quid autem sit boni viri arbitratu uti frui: exponit JCtus his verbis: non deteriore se causam facturum, reque ipsa ita usurum, tanquam sua esset, d. l. 1. §. 3. Dn. Struv. Ex. 12. th. 64. quæ stipulatio statim committitur, ac usufructuarius aliter usus est, & saepius quidem d. l. 1. §. 6. Frantz. π. eod. & nisi cautio hæc fuerit præstata, res usufructuaria ei non debet præstari. l. 30. §. f. π. de jurejur. Hanc vero cautionem eum, qui bona sua alteri, retento sibi usufructu, donavit, non præstare teneri, integra definitione tradit Carpzov. J.F. p. 2. c. 14. d. 7.

Solutione.

His simile quodammodo est, quod tradit Ulpianus in l. 1. π. de fut. de eo, qui ex pluribus causis obligatus, solvit, non expressa causa, in quam

quam solutum sit: Tunc creditoris electionem esse, respondet JCtus, in quam velit accipere, cum hoc tamen temperamento, ut in eam summani accipiat solutionem, in quam ipse soluturus fuisset, si debitorem fuisse contigisset, adeoque b. v. officio fungatur, & arbitrium boni viri sequatur. In his enim & similibus consistit b. v. arbitrium in eo, ut quis in rebus alienis illud agat, quod in suis velit; quod summam æquitatem sapit, arg. l. 1. pr. §. 1. π. quod quisque jur. Notandum igitur, hoc arbitrium non tam à personis eligi, quam ab ipsa æquitate injungi, quippe se fundante in præsumto quodam voto partium, quod utique eō veila sua dirigere videtur, juxta l. 30. pr. de oper. libert. Unde & consequens est, nec certæ personæ demonstratione, nec reductione hic opus esse.

XL.

Reperiuntur adhuc alia negotia, quæ lex sub arbitrio quasi boni viri expediri vult: ut, quando dominis injungit, ut servos suos duriter habitos, bonis conditionibus (i. e. quantum bono viro justum videbitur) vendant. §. 1. Inst. de his qui sui vel alien. Iur. Referri huc quoque posse videtur legatum generis. l. 37. pr. de leg. 1. quo legatarius boni viri officium observare jubetur, ut nec optimum eligat, nec pessimum, sed mediocritatis legem sequatur: ut & optio in casu speciali, qui extat in l. f. §. 1. C. comm. leg. ubi Imp. ostendit, talismodi electionem medium, non aliam esse, nisi boni viri, i. e. æquam: qua de re fortassis infra pluribus.

XLII.

Veniamus nunc ad dotis causam, & ad supremas voluntates, consideraturi, quatenus & illæ juxta arbitrium boni viri regulentur. Dos quomodo, & à quibus possit, aut debeat constitui, aliunde petendum. Hoc jam notandum, dotem constitui debere certam, quod, æque ut alias, duplice via fieri consuevit. Vid. l. 6. π. de R. C. vel certæ quantitatis expressione & determinatione: vel ad aliud facta relatione. Ad ultimum modum pertinet electio boni viri. l. 3. C. de dot. prom. l. 69. §. 4. π. de tur. dot. Semper igitur dos certa intelligitur, quando mentione facta est arbitrii boni viri, quia arbitrium illud non incertum est, & deficere nequit, l. 1. π. d. leg. 2. Brunn. ad l. 1. C. de dot. prom. Quod si absque arbitrii insertione dos promissa fuerit, major difficultas est, an valeat? propter duos pugnantes inter se juris textus, quorum unus est Papiniani in d. l. 69. §. 4. & Imperatoris Alexandri alter, qui extat in l. 1.

C. de

Item in
causa
Dotis.

C. de dotis prom. Papinianus enim exp̄s̄ scribit, dōris stipulationem valere, quam, non demonstrat̄ re vel qualitate, quis promisit. Ex opposito Imperator nullus esse momentū afferit, si neque species ulla, neque quantitas sit promissa; cui add. l. 75. pr. π. de V. O. Missis aliorum conciliationibus, distinguere mihi placuit cum Fr. Duaren̄o lib. 1. disp. 56. Aut enim pater dotem dare simpliciter, nulla denonstrata re sive quantitate, promisit: aut ipsa mulier, vel extraneus. Vid. in fin. d. l. 1. Priori in casu valida est promissio, quia pater filiā dotem constituere de officio jubetur, et si nullam promisisset. Unde, quamvis simpliciter dotem promiserit, nulla pro r̄is re seu quantitate adsignata, sufficit tamen nuda etiam pollicitatio, ex qua tenetur filiam dotare, secundum vires facultatis, & dignitatem mariti. Posteriori in casu, licet stipulatio subsecuta sit, nulla est dotis promissio. d. l. 1. propter incertitudinem, quæ ubique impedimento est, etiam in legatis & stipulationibus. d. l. 75. pr. de V. O. d. l. 69. §. 4. Nec juvat, quod diximus de patre: Diversimode enim h̄c res se habet. Nam mulier aut extraneus ex juris obligatione, seu pater, non est adstrictus ad dotem pr̄stantam, cum vel in dotata nubere, vel rem minimi pretii adferendo, liberari possit. Fachin, lib. 8. contr. c. 75. Menoch. 1. pref. q. 43. Zas. in l. 1. π. sol. matr. n. 33. C. I. A. π. de lute dot. th. 9. Wes. d. t. n. 5. Perez. in C. de dot. prom. n. 4. D. Struv. π. de jur. dot. th. 6. Brunn. ad d. l. 1. ubi receptissimam esse, ait, hanc sententiam. Aliter. Mantic. de tac. & amb. convent. l. 12. t. 12. n. 10. ubi vid. Conf. Glos. ad d. l. 69. §. 4. verb. placuit. Bachov. V. 2. d. 7. th. 4. l. D. ubi quatuor Dd. congettūt̄ opiniones. Arum. 15. disput. 13. Ceterum, eo quoque casu, quo alicui plures sunt filiae, quarum una jam dotata est, reliquæ adhuc dotandæ, & pater aut frater dotem promittat, summa non adiecta, certam esse dotem, & fervandam æ qualitatem: ut, quod pater reputavit congruum in dotando priorem, id quoque bonus vir aut iudex congruum putet in ceteris sororibus, dicit Tib. Decian. Vol. 5. Rep. 57. inf.

XLIII.

Habet autem dotis causa (ut & supra vota, prout infra notabitur,) quid privilegii & pr̄rogativæ, pr̄ alii contractibus & negotiis inter vivos. Nam in his, arbitratore à partibus electo non arbitrante, à persona ipsius non abitur, sed negotium aut conventio, conditione non existente, non incipit nasci. l. 43 de V. O. l. 76. profac. quod non ita se habet in dotis promissione, per d. l. 64. §. 4. de jur. dot. in qua, ut ut per-

Peculiaria
in materia
Dotis.

form

sona aliqua nominatim sit electa, ab illa tamen receditur, & recurritur, absque ulla condicione negotium suspendente, ad arbitrium boni viri. Et hoc dotum favor efficit, ne mulier in dotata maneat, & conditionem nubendi perdat. Baldus Novell. in Tr. de dot. part. 6. privil. 9. num. 1. Porro hoc etiam observandum in dotis causa, quod, quamvis in genere res arbitrio boni viri sit commissa, i. e. nulla nominata personā, nihilominus rei dotalis promissio viribus suis constet. In quo iterum abit à natura contractum reliquorum, qui hoc requirunt, ut in certainam contentiatur personam. dd. ll. Quibus quoque consequens est, non referre cujuscunque arbitrium sit electum, adeo, ut nec personæ constituentes, sp̄rat̄ distinctione inter contractus essentialia & accidentalia, quam supra adhibuimus, excludantur, arg. d. l. 69. 6. 4. de Iur. dot. Semper enim recurritur ad officium boni viri, quod nunquam non in promptu est. Baldus Nov. d. l. n. 2.

XLIV.

Et hæc, quæ dicta sunt, locum quoque habere volunt Doctores in alimentis, quorum favor non minor est. Eberh. in loc. à dote ad alimenta, imo major, Bachov. ad Tr. V. 2. disp. 7. th. 4. lit. D. Nam & in illis promissis, quamvis nihil certi sit determinatum, nihilominus utilis est: promissio: veluti si dico: dono Tibi, aut lego fundum seu pecuniam, ut alimenta inde habeas: licet non demonstraverim fundum, vel exp̄resserim quantitatem nummorum, tacite tamen inest huic promissioni demonstratio & certitudo, arbitrio boni viri, pro viribus facultatum meatum & eo, quod pr̄stare solitus sum, constituenda, arg. l. 10. §. f. π. de alim. leg. junct. l. 14. π. de ann. leg. & l. 22. cod. Idem jus, quoad cetera privilegia, in th. prox. notata, locum habere, à Dd. adseritur.

XLV.

Ast verò, num discriminē h̄c cum nonnullis statuendum sit inter pauperes & divites: ut, quoad illos, dicta procedant: quoad hos autem minimè, non sine ratione quis ambigat? Ego cum textus in l. 14. generalis sit, ejus generalitatē inhaerendum judico, quia sine speciali lege generalia jura restringere non est. Insuper etiam, admissa h̄c distinctione, sequeretur, quod si dos promissa, aut legata sit mulieri diviti, si incertā esset, non valere debeat; quod tamen contra textus apertos supra adductos statueretur. Vid. Surd. de alim. tit. 8. privil. 7.

XLVI.

Ulterius hæc ipsa extenduntur ex textibus, de dote & alimentis lo-

quen. ^{Et} ^{causis.}

quentibus, à Dd. ad pias causas, earumque privilegio tribuunt, quod ad b. v. arbitrium ipsis, etiam non determinata, relicta semper censeantur, & arbitratore electo non arbitrante, ad arbitrium b. v. recuratur, in quam rem Bald, Rom. Jason. citat Tiraqu. in d. tr. de priv. pie caus. priv. 145. Quibus simile est, quod proponitur à JCto in l. 30. w. de leg. 2. ubi quidam in testamento ita scriptis legitur. Reip. N. lego in tutelam via resicenda: Et cum Scriptura imperfecta sit, quia summa non adscripta fuerat, quaesumus fuit, an valeat hoc legatum? Resp. ICtus valere, ratione adjecta: potest enim inquit, tanta summa videri legata, qua ei res sufficeret, si modo non adparet, aliam fuisse defuncti voluntatem, aut ex magnitudine ejus pecunia, aut ex mediocritate facultatum, quam testator reliquit. Tunc enim officio Iudicis, secundum estimationem patrimonij & legati, quantitas definiri potest.

XLVII.

De Augmento Dotis. Cum non raro dos augeri soleat: quero: utrum augmentum dotis, si illud à tertii arbitrio determinandum sit, & valeat, & iisdem privilegiis gaudeat, atque dos ipsa? Quod valeat extra dubium esse, credo: Verum utrum, ut ipsa dos, in incertam personam possit conferri, & num, certa persona electa non arbitrante, ad bonum virum eatur, forte non ex omni parte expeditum est. Pro affirmativa pugnare videtur idem favor & eadem privilegia, quae dotem ipsam comitantur. arg. l. 8. C. de jur. dot. ibique Gothofr. & Brunn. §. 3. Inst. de donat. Rcl. à Valle tr. de dotis lucro. 1. c. 100. Ex quo Dd. regulam ponunt: quod alio jure non censeatur augmentum dotis, quam dos ipsa. Ben. Carpz. in l. F. p. 3. c. 22. d. 10. in fin. scil. quia portio quædam dotis est. l. 26. §. 1. w. de paet. dot. Ant. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 6. def. 3. n. 3. Ita, ut optimè extensio etiam ad augmentum fieri possit. At verò, hanc ratione non obstante, contrarium verius existimo, eo argumento ductus, quod mulier jam sit dotata, & conditionem matrimonii jam facta: quo ipso simul concidit ratio, pro affirmante parte adducta: Longè enim major favor pro dote ipsa militat, quam pro illius accessione. Et hanc sententiam probant Castrensis, consil. 11. n. 3. l. 1. Tus. b. voc. c. 472. n. 14.

XLVIII.

Supersunt adhuc ultimæ voluntates, de quibus paucis acturus sum. Notari autem statim debet discriminem inter heredis institutionem, & alia capita testamenti, minus principalia. Illa enim, heredis institutio inquam, si alieno arbitrio permittatur: e.g. quos Titius voluerit, heredes

Quid in
ultimis
voluntati-
bus?

In
heredis
institutio-
ne.

des sunt: vitiosa dicitur JCto in l. 32. w. de her. inst. addita elegantatione: quod testamentorum jura per se firma esse debeant, non ex aliorum arbitrio pendere, junct. l. 68. l. 70. d. t. Quare, utut forsitan vir bonus satis circumstantiarum invenire posset, quare hanc vel illum nominaret heredem, nec arbitrando ab æquitate aut à voluntate testatoris aberraret; noluit tamen jus nostrum tali voluntati vim & efficaciam aliquam tribuere, nec boni viri arbitrii objectum facere ipsam heredis institutionem. Secus paulò se res habet in legatis, quæ non omnino regunt aliorum arbitria. Videndum itaque, quonam tertii arbitrium, in legatis conferendis electum, se extendat, & quisnam illius sit effectus? In legato hoc: si Titius arbitratus fuerit, neque conditio inest, neque mora; cum non personæ, sed boni viri arbitrii accipiatur. Sive tertii illius arbitrii sequatur; sive fecus; nihilominus legatum valet l. 28. π. cond. & dein. In b. v. enim arbitrio conditio nulla inest, & licet certum non sit individuum vir bonus in genere, certum tamen semper est, quid vir bonus, ponderatis circumstantiis, arbitratus sit, nimirum, quod æquitatè est consentaneum. vid. l. 1. §. 1. w. de leg. 2. P. Busius ad d. l. 76. & seqq. ff. pro socio. n. 10. & seqq. Nam arbitrari, ut supramonitum, non est nudè & absolute velle, seu ex voluntate plena, exorbitante, illimitata, cerebrina, quid decernere: sed, re probè perpenfa, quid æquum sit, exprimere. Unde quoque testator magis æquitatem cogitasse, quam personæ voluntatem, in estimando legato, censendus est. Igitur juxta l. 1. §. 1. de leg. 2. debetur legatum, sive ibi tutoris prorsus non arbitrentur; sive valde iniquam ferant sententiam: quia æquitas ipsa à testatore electa est. Ex his, quæ diximus, purum videlicet esse talismodi legatum, fluit, quod simul sit transmissibile. Arnold. Rath. de Emition. contr. assert. 11. n. 9. ubi dicit: quare & tale legatum, veluti nullam conditionem intellectu juris (quoniam enim verba illa: si Titius arbitrabitur: conditionalia videantur; tamen illis revera conditio non inest, quia illud arbitrium, quod viri boni intelligitur, non potest non existere, cum, si amicus electus in individuo non dicat sententiam, nec aliis aliquis, judex tamen, ute potest vir bonus, tandem arbitrari debeat) habens, transmittitur ad heredem legatarij, etiam ante arbitrium factum mortui. Quod etiam procedit, si ipsius heredis arbitrium fuerit electum. d. l. 11. §. 7. w. de leg. 3. l. 46. §. 3. de fideic. libert. Castr. ad l. 43. de V. O. n. 8.

XLIX.

Et hæc dubium non habent, si in arbitrium tertii, tanquam boni viri,

Quid si in legatum sit collatum. d. l. i. §. 1. π. delegat. 2. e. g. si arbitratus fuerit: si estimaverit: si visum fuerit: & simil. l. i. 1. §. 7. de leg. 3. l. 75. pr. de leg. i. Quid verò, si in nudam ipsius ac meram voluntatem rem collocaverit testator utputa: Mævio 100. do lego, si Titius voluerit? An plane non valet hoc relictum? an sub conditione declarandæ voluntatis penderet? Hic quidem consentunt fermè Dd. quod licet Jus hoc constituere potuerit, ut vires habeat, tanquam sub b. v. arbitratu relictum; id tamen minimè fecerit. Verùm, an ulla ratione valeat? in hoc in diversum abire videntur Jcti, & creduntur etiam ab Hotom. i. Rep. amic. c. 5. &, qui eundem sequitur, Sarmiento l. 2. sel. interp. c. 6. n. 29. Ulpianus scil. in d. l. 43. §. 1. de leg. 1. Modestinus in l. 52. de condit. & dem. & Pompônius in l. 68. de hered. inst. In horum compositione quantum laboris impenderint interpretes, videre est apud Bach. V. 2. disp. 13. th. 6. D. Cujus conciliandi à Cujacio 2. O. 2. accepta, Fachineo quoquè l. 5. contr. c. 58. probata ratio; quod omnino sub conditione primæ voluntatis; si scil. semel declarasse tertium contigerit, arg. l. 11. §. 5. de leg. 3. pendaat; ceteris anteponenda hactenus nobis videtur, Conf. Glos. ad d. l. i. pr. de legat. 2. ubi aliter, & quatuor casus enarrat, & distinguit: an nempe in tertii voluntatem legatum tacite; an in tertii arbitrium expressè conseratur: an quantitas in tertii arbitrium; Et his casibus valere; An v. in tertii voluntatem expressè legetur; Et non valere, ait,

L.

Quid si heres sub poena arbitrii tertii facere jussus? Patet ex hac tenus dictis, quod à persona electa arbitratoris in legatis recedatur, & ad alium recurritur, eo vel plane non, vel inique arbitrante. Aliud tamen obtinet, si heres quid facere jussus sit sub poena arbitrii alterius; e. g. si testator hunc in modum scripsérat: Heredem meum monumentum mihi extruere, post mortem meam, volo, arbitrari Lucii Titii, sub poena 100. aureorum: Tum enim, si Titius nolit arbitrari, non receditur, quoad pœnam, à persona illius, & heres pœna nomine quid solvere non est adstrictus, per l. 6. π. de cond. & dem. in quo nihil peculiare habet à contractibus, docente Castrensi, in l. 43. π. de V.O. in fin. A pœna autem, inquam, heres, proposito in casu, immunis est, non ab extirpatione monumenti, quod nihilominus juxta B. V. arbitrium erigendum ab herede erit, quod arbitrium ad modum substantiæ & dignitatis demortui statui debet: prout egregie hoc ita exponit à Jcto in l. 27. de cond. & dem. Donell. qd. d. l. 43. Busius ad l. 76. pro soc. n. 12. Castr. in d. l. 43.

LI. Optio-

LI.

Optionem quoque legati non legatario solum deferri posse, sed & extraneo, ex l. f. §. 1. C. commun. de leg. expediti juris est: veluti: Lego tibi equum, quem ipse elegeris, vel quem elegerit Cajus. Illo in casu, si electio in personam legatarii fuerit collata, etiam rem optimæ qualitatis optare legatario licebit, l. 2. pr. de opt. leg. l. 9. §. 1. de dol. mal. Grot. 2. man. 22. Vinn. in §. 23. I. de legat. n. 1. Sed hæc facultas olim plane personale jus erat, & ab electi legatarii persona nullatenus recedebatur, nec ad heredes quidem d. §. 23. I. de leg. quod mutatum à Justin. in d. §. per constitutionem quidem l. f. C. comm. de leg. de quo tamen vid. Vinn. ad d. §. Hoc autem in casu, si Cajus arbitrari nolit, aut non possit, tunc facultas arbitrandi in ipsum etiam legatarium jure devolvitur: qui tamen ne affectui ut solet fieri, indulget, ad limites mediocritatis, qualis tertio non erant præcisè præscripti, coercetur, & rem mediæ bonitatis optare jubetur, ut in generis legato. d. l. f. §. 1. & l. 37. §. 1. de leg. 1. Caterum, quotmodi distent à se, hæc duolegatorum genera, examinare nobis non licet. Vid. Vinn. alleg. in loco, ubi de hæc remulta, & alia non inutilia reperies.

LII.

Hæc omnia autem de objecto hactenus dicta, intelligenda veniunt de rebus incertis adhuc, actibus & negotiis extrajudicialibus, & non controversis, quibus determinandis arbitrium alicujus eligitur. Utita objecto distinguatur præsens nostrum Arbitrium boni viri i. à judicis arbitrio, quod interponere eidem non licet, nisi controversia sit, & judicio quidem jam ventilari coepit, & sic judicialis: de quo arbitrio videri potest §. 30. & 31. I. de Action. & quæ ibi tradunt Dd. vid. Frantz, 13. Ex. 9. n. 1. & seqq. ubile & totem reimitit ad Nicol. Cisner, qui ad d. §. 31. n. 1. & seqq. eruditè & fideliter multiplices arbitrii significaciones explicaverit.

2. Ab arbitrio eorum, qui ad causas extrajudiciales controversas componendas, & amicabiliter sopiendas, assumuntur; qui itidem Arbitrorum nomine indigitantur apud Dd. quibus incumbit jus contrahentium totis animi viribus explorare, & ex qua compositione finire: quæ de re etiam supra.

LIII.

Tandem ad Formam. Hæc vero dependet à Fine, qui est, ut tale quid, de quo hactenus, ab electo ad boni & à qui normam, sine judicii forma, redigatur, certumque ipsius pronunciato reddatur. Ut ita formæ requiri sint sequentia, Nempe

De
Legato
Optionis

Ad
Objectum
pertinet
ut
res sint
incertæ
adhuc
&
non con-
troversæ.

Arbitrij
hujus
Forma
qua
à Fine.
Requisita
ejus.

I. Ut ad normam boni & æqui tale redigatur. Hoc enim partes, & quicunque eligunt alicujus arbitrium, agunt: Hæc ferè mens eorundem est; ut dicitur in sèpè citata l. 30. pr. π. de oper. libert. Hoc officio quamdiu functus non est electus, tamdiu boni viri arbitrio quid peractum dici non potest. d. l. 30. d. l. 76. pro soc. d. l. 79. eod. licet suo arbitrio estimaverit aut arbitratus fuerit. d. l. 79. pr. l. 7. pr. de C. E. l. 11. §. 7. de leg. 3. d. l. 30. Rectè autem demum officio suo fecit satis, si intra terminos sua se potestatis continet. Vide bene Menoch. de A. I. Q. l. t. q. 13. & seqq. Id quid breviter sit, si non inconsideratè, sed re optime deliberata, quid in uno quoque actu æquum sit, & rationem habeat, statuit. Arbitrii enim, ut alibi dictum, non est indiscretè velle aliiquid: hoc enim boni viri arbitrio contrarium foret. Menoch. d. l. n. 3. sed restitudinem judicii sequi, & deinceps quid justum, quid veritatis & iustitiae regulis consonum, dicere, pronunciare, judicare. Hillig. ad Donell. l. 8. c. 15. Unde arbiter propriè dicitur speculator, inspecto: & arbitrari prospicere, accedere cognoscendi, judicandi gratia. Martin. in Lex. Phisiol. voc. arbiter. Ut itaque boni viri arbitratu aliiquid facere nihil sit aliud, quam recto animi judicio absque pravis affectibus, ex æquo & bono quid facere, habita ratione, ne quis lædatur. d. l. 30. Ex judicio boni viri arbitrium suum moderari, non secus, ac sibi ab aliis fieri vellet. l. 1. π. de solut. ex Bart. Phil. Matth. ad l. 22. §. 1. d. R. 1. quomodo in simili de clausula in compromissis solita: faciant secundum suam prudentiam. Nach ihrer Verständnis/ gutbedünken/ oder discretion: quod de prudentia rationi submissa, alias non diceretur prudentia, sed fatuitas, intelligi debet, uti docet Besold. in Th. Pr. lit. N. n. 6. Hinc sèpè quid alicui displicet, quod viro bono placet: & contra. l. 41. §. 4. π. de fideic. libert. l. 24. pr. loc. Præprimis autem singulis rei circumstantias vir bonus ponderat. e. g. in dotis quantitate determinanda, respicit ad constituentis patris facultatem, numerum liberorum, mariti dignitatem &c. l. 43. π. de leg. 3. l. 69. §. 1. de Iur. dot. ex quibus haut difficulter ipsi adparere potest, quantum pater dari in votis habuerit. d. l. 43. In alimentorum relictorum quantitatis determinatione considerat quantitatem relictæ dotis, incrementa ætatis, modum hereditatis. l. 10. §. f. de alim. leg. In stipulatione de re defendenda, si non fuerit defensa, excusationum justas causas examinat. l. 45. de procur. omnia moderatur, non secus ac si res esset sua.

LIV.

E contrario si secus agat arbitrator, & iniquo suo arbitramento par-

tium

tium jura lædat, ratum non habetur, sed reprobatur, & tanquam injustum ^{contra factum} corrigitur boni viri, quicunque ille sit, qui postea eligitur aut adiuratur, et si ^{vis} judex sit ordinarius, in casu, quo de reductione convenire nequeuat, arbitratus. Est enim ita compromittentismus, seu arbitrio substituentium fere mens ea, & tacita quasi conditio, ut, si judicium arbitratoris æquitatis & iustitiae tramites excedere contigerit, parere nolint, juxta elegantem l. 30. π. de op. lib. Quod adeo verum est, ut quamvis juramento interveniente partes promiserint, se stare velle definitioni constituti arbitrii, illa tamen conventio non magis obliget. Vid. Molin. de Iust. & Iur. Tr. 5. q. 30. Christin. vol. 2. decis. 142. n. 6.

LV.

Per hoc distinguitur nostrum arbitrium ab arbitrio Compromissario, qui quippe eum in finem adsumitur, ut suo arbitrio, cui, sive æquum sive iniquum sit, partes compromittentes parere volunt, causam controversam decidat. text. expr. in d. l. 76. π. pro soc. Qualem enim arbiter dicat sententiam, hoc ad Prætorem non pertinet, dummodo dicat, quod sibi videtur, inquit JCtus Paulus in l. 19. π. de recept. Quamvis quidem partes, quæ arbitrium alterius compromisso elegerunt, dicantur ab Ulpi. in l. 3. §. 1. π. eod. eum quasi virum bonum disceptatorem inter se elegisse; id tamen ibidem dicitur non in respectu ad sententiam æquitatem, sed ad ejus ferendæ necessitatem, cum vir bonus suscepimus arbitrium non soleat, post cognita maxime negotii secreta, denegare. d. l. Ex hoc vero multi fluunt effectus, de quibus paulò pôst.

LVI.

Sed cum, quantum ad hoc, arbitrium nostrum adhuc conveniat cum judicis arbitrio in b. f. contractibus: idcirco ad formam hujus pertinet ulterius,

2. Ut sine judicii forma id fiat. Omnia scil. amicâ circumstan- Per quod
tiarum causæ investigatione, cognitione, examinatione, sive à partibus
hæc ipsi arbitrio suggerantur, sive ab aliis: sive arbitrator vocaverit par- ab arbitrio
tes, sive non: sive præsens, sive absens sit. Quæ in judice secus se habere
notum est. Sed & in arbitrio compromissario, quod quidpe ad similitu-
dinem judiciorum redactum est, & propterea ad controversias, more
majorum componendas, eligitur. l. 1. π. de recept. l. 32. §. 9. vers. sed
compromissum. π. eod. Bernh. Wurmser. tit. 3. ob. pr. 6. n. 2. Conf. Bach.
vol. 1. d. 12. th. 4. l. f. Frantz. π. de recept. n. 21. Dn. Lauterb. 13. Concl.
Foxens. 14. Ex hoc sua sponte sequitur, quod notavit Vinnius l. q. 16.

Arbitrii
compro-
missario.

arbitra-

arbitratu nostro quid fieri, die etiam feriato, posse, arg. l. 3. C. de feriis id quod nec ab arbitrio compromissario, nec à Judice potest. l. 3. l. 7. C. cod. Camill. Borellus Tr. de compromissis §. 3. glos. 4. n. 70. Eberhard. loc. leg. 40. num. 19.

LVII.

Cum autem & ii, qui experiuntur, ut suo consilio & auctoritate discuti partes causam patientur: & Proxonera, & Consiliarii & Commendantes, eadem ferè facere soleant; idcirco additur

3. Per quod
et multis.
3. Ut tale quid certum reddatur ipsius prorunciato. Id quod non faciunt i. qui non recipiunt tale arbitrium, sed qui consilio vel auctoritate saltem experiuntur, ut partes patientur tale quid certum reddi. arg. l. 13. §. 2. de recept. 2. Consiliarii, qui quidem eliguntur, ut arbitratori consilium suggerant, quid pronunciet; ipsi autem nihil certum reddunt. 3. Commendantes, qui id præprimis agunt, ut commenda tis officia humanitatis exhibeantur, & incitant ad id; sed ut fiat, sententiam nullam ferunt, aut certum reddunt, cum ad hoc non sint adsumpti, per ea quæ tractat Generosus Dn. ab Harstall in *Disserr. de Commendatione*. Pronunciato autem certum id redditur, non sententia. arg. l. 13. §. 5. de his qui not. inf. Ratio, quia illorum decretum valet, non ex auctoritate publica, verum ex privata conventione & electione: & arbitrator non ut judex, sed ut mediator quidam, intervenit, cuius opinioni nulla necessitate parere partes tenentur. Vid. Bachov. vol. 2. disput. 120. tb. 4. l. f.

LVIII.

Hactenus de arbitratu B. V. ex suis causis constituendo. Constitutum, quod attinet, consideramus illum methodo Juris Interpp. consueta, i. ex effectu.

Effectus autem arbitrii hujus collati & suscepti quidem alius cernitur respectu conferentium: alius respectu suscipientis. Quoad illos effectus alius est arbitrii pendentis: alius per prorunciatum arbitratoris finiti. Pendentis nominatim restricti (ut supra distinximus) effectus est, quod negotium & actus imperfectus maneat, donec certus ille electus arbitratus fuerit; idque propter conditionem, quam in se habet tale arbitrium. d. l. f. C. de contr. emt. §. 1. l. eod. Et si tempore facultas arbitrandi circumscripta non est, expectandum erit, quod docunq; fuerit arbitratus, usque dum partes mutuo consensu aliter contrahant.

Arbitratus
consideratur
etiam ut
Constitu-
tus.

1.
ex
Effectu.
Quoad
eundem
Conferen-
tes
ubi alius est
ejus
Pendentis.

Bx

Bachov. V. 2. d. 27. th. 7. 4. Sitamen arbitrari debuit, nec arbitratus est, judicis erit estimare, an facultas arbitrandi extincta sit. Menoch. de A. I. Q. l. 1. q. 22. n. 11. Finiti vero per prorunciatum seu ab initio nominati seu innominati, & post à certa persona suscepti arbitrii effectus diversus est: prout bene vel male arbitratus est electus. Quod si enim bene officio suo functus est, ita ut æquitas in prorunciando fuerit servata; ut jure contractus, utilioquitur JCtus in in d. l. 76. pro soc. prorunciatum hoc ratum sit: tunc negotium illud, quod propter arbitrium nondum finitum pendebat, per prorunciatum hoc purificatum est. d. l. f. C. de C. B. §. 1. Inst. eod. l. 25. pr. ff. loc. ac contrahentes stare contractui, ita purificato, tenentur: eidem patere. d. l. 76. pro soc. eundem ad effectum producere. d. l. 25. pr. locat. Glos. in summa d. l. f. ubi de emtione quidem & locatione agit: A Etioque non ex arbitrio quidem hoc, sed ex illo ipso contractu vero, e. g. emtione, d. l. f. C. de C. E. locationis, d. l. 25. societatis, d. l. 76. stipulationis, arg. d. l. 43. de V. O. aut quasi contractu, agnitio nis nempe rei per ultimam voluntatem, cum onere legati aut fideicommissi exolvenda, relicta, arg. §. 5. l. de obl. que quas. ex contr. junct. l. 11. §. 7. de leg. 3. ibi: debebitur: competit. Ubi autem male arbitratus fuit, ubi laudum (non raro enim etiam communis amici arbitrium pravum est. d. l. 79. junct. l. 76. pro soc. & arbitrator electus commoda alterius defraudat. l. f. §. 1. C. comm. de legat.) iniuriam, aut læsionem comprehendit, ad arbitrium boni viri reductio instituitur, non tantum in b. f. contractibus, sed etiam in stricti juris. l. 30. pr. de op. lib. P. Bus. in comm. ad l. 76. & seqq. pr. pro soc. num. 3. de qua reductione paucis dicturus sum.

LIX.

Reducere alias idem est, ac restaurare, & pristinæ formæ restituere. Vid. Lexic. Nobis in præsens sumitur loco verbi corrigere, & ad æqualitatem redigere. Unde reductio nihil est, nisi correctio quædam. d. l. 76. junct. 79. pro soc. Vocatur etiam redactio Franz. de recept. item correctio, reformatio. Ut itaque reductio sit reformatio Quiden sit? pronunciati arbitratoris iniqui, vel ab alio bono viro, sine judicio, partibus ita consentientibus, vel à judice competente, ordinaria actione à parte læsa instituta, facta ad melius & æquius. Dicitur quoque reductio ad arbitrium boni viri, i. e. ad æqualitatem & justitiam. Bonus enim vir in jure est vel ipse judex: uti

E 2

Finiti.

Bene.

Mali.

Hic de
Reductione
arbitrii ta-
lis ad b. v.
arbitrium.

uti adparet ex l. 137. §. 2. de V. O. cui semper justitiae & æquitatis regulæ obversari debent: vel alias, qui, ut judicem bonum & juris studiolum addebet, pronunciat, quemadmodum videre est ex l. 18. 20. jud. solv. l. 45. pr. de procur. & definiente Pratejo in Lexic. bonus vir est, qui nullius fraudis conscientia, verum honestatis judicium sine affectibus, in qualibet re, sequitur. Conf. ea quæ tradit th. 6. Qui hanc reductionem petit, læsionis probationem in se transfert, Mascard, de prob. vol. 3. conclus. 1259. num. 1.

LX.

*A quo
judice petat
sur?*
*Intra quod tempus id petendum, variè à Dd.
tempus?*

Petitur hæc reductio, si opus (i. e. si res ad judicem per partium contentionem devenerit. P. Busius ad d. l. 76. & seqq. ff. pro socio. n. 8.) à Judice ordinario, ejus videlicet, contra quem quis vult experiri: non à judge arbitrorum, per actionem ordinariam, ex contractu profiliens: e. g. in societate, per judicium societatis, l. 79. pro soc. vel etiam per exceptionem: ut in specie l. 43. de V. O. & l. 30. de oper. libert. Christin. decis. 142. n. 4. & s. Bach. in comment. ad D. in tit. de recept. c. 1. Vinn. Myns. 2. O. 61. Intra quod tempus id petendum, variè à Dd. disputatur. Melior sententia nobis videtur eorum, qui opinantur, illud fieri debere intra tempus, quo actio vel exceptio instituitur vel opponi potest. Bach. d. l. Ac proinde falsum credo, quod tale arbitramentum vim habere appellationis dicitur, & lapsu decem dierum confirmari: quod vult Panorm. in c. quintavitis, & alii. Nec magis subsistere posse arbitrorum illam opinionem, qua statuitur, anno laudum hoc validitatem nancisci, nisi contradicatur, per l. 5. C. de censib. cum d. l. de speciali plane materialoquatur, Vid. Brunn. ad d. l. Busius ad d. l. 76. & seqq. n. 13.

LXI.

Q.
Hic non prætermittenda illa quæstio: Num judex ex officio compellatur pravitatem laudi corrigere? Quod quidem defendere ausus est Bart. in d. l. 76. §. arbitr. pro soc. n. 102. Verum sine textu; ideoque refutus negatur cum Bachov. Nec minus commentitium est, quod putat, enormiter læso succurri ex Edicto Prætoris de Majoribus, & quidem ejus clausula generali, per actionem rescissoriam. Nam ejusmodi arbitrium, si modum æqualitatis excedat, prorsus caret robore, nec habetur pro arbitrio boni viri: ut adeo rescissione opus hautquam sit, sed correctionem tantum desideret, usque dum intra boni & æqui gyrum redactum sit, d. l. 79. pro soc. Hinc facile expeditum est, quod queritur à Dd. & in utramque partem disceptatur: Utrum provocationi locus sit post

post aditum pro reductione judicem inferiorem? Enimvero cum illud remedium, quo apud judicem petitur reductio, nihil aliud sit, quam remedium ordinarium; Et vero ab omni actione via ad appellationis beneficiumpateat, res certa & minus controversa esse videtur.

LXII.

*An in Emis.
vend. locum
habet?*

In contractu emptionis venditionis an reductio nostra institui possit, aut usum aliquem habeat? controversia haut caret. Negationem evincere videntur argumenta sequentia 1. quod Imperator expressum scribat in d. §. 1. Inst. & d. l. f. C. de C. E. omnino secundum arbitrorum estimationem premium persolvendum, & res tradenda, & venditio ad effectum perducenda, quæ verba ibid. Vinn. ita declarat: Etiam si Tizius, arbitrator, muled pluris, aut minoris rem estimaverit, quam valet, dicendum, valere contractum. 2. Per definitionem arbitratoris læsio fit aut infra dimidium, aut ultra. Si prius, tunc aliunde constat lieere etimenti bus invicem usque ad dimidiatum pretii partem se circumvenire: ex quo colligeres reductionem non admitti. Posteriori autem modo remedium ex l. 2. C. de Resc. Vend. in promptu est. Verum, ut hæc ita speciosè disputentur, non tamen desunt, quæ communem sententiam, quam Bald. Salicet, & quamplures alii in d. l. f. C. de C. E. amplexi sunt, stabilunt. Objectionibus autem istis reponi potest, & quidem (1.) verbo: Omnimodo: illud non a deo pressæ accipiendum esse, sed civiliter, ut excludatur casus nimis inæqualitatis & arbitrii pravitatis, quæ dolum arguit, docente J. Cto in l. 79. pro soc. & arg. l. 36. de V. O. Ad (2.) scilicet quod remedium istud l. 2. sit extraordinarium: quod non tollit ordinarium: quale est actio ad nostram correctionem: quomodo id evenit etiam in casu divisionis perperam, læsione licet infra dimidium existente, factæ, l. 3. C. commun. utriusque judic. Confer Bachov. ad Tr. v. 2. d. 27. th. 7. lit. e. f. P. Busius ad d. l. 76. & seqq. ff. pro soc. n. 7.

LXIII.

Adserimus ergo remedium illud, quo petitur reductio, non esse aliquod remedium absolute, aut per se subsistens, sed quod innititur & accedit ordinariae actioni, ex contractu provenienti; uti haut obscurè docemur in l. 79. pro soc. ubi J. C. inquit: per judicium bona fidei pravitas corrigitur. Unde patet, quam diversum sit ab Appellatione, transactione, & id genus aliis. Amittit hoc remedium cum tempore, & praescribitur illo tempore, quo actio ordinaria, uti supra ostensum,

*An sit reme-
dium per se
subsistens?*

E. 3.

De
Effectu
quoad
Constitu-
tuentes &
Arbitratio-
rem.

Affinia.

Contraria.

LXIV.

Quod effectum concernit, qui oritur ex collatione & susceptione arbitrii hujus, inter constituentes & arbitratorem: dicendum est, quod arbitrator electus obligatione constringatur suscipiendo arbitrium, & cogi possit ad arbitrandum; non tantum, si cum poena aut pignoribus cautum sit stari ejus arbitrio, uti Glossa ad d. l. f. verb. locum habere: restricte loquitur; sed etiam si indefinitè: ut ex Cyno, Angelo, & aliis, additionator Glossæ lit. d. notavit. Pro diverso autem constituendi modo, diversis remediis conveniri potest: veluti actionem mandati: ex stipulatu: & sic porro. Conf. l. 3. §. 2. l. 12. §. 2. l. 32. §. 1. de recept. Si culpa aut dolus arbitratoris interveniat, tenetur de dolo. Glossa ad l. f. C. d. C. E. verb. proveniat. & culpa, remediis competentibus. Quibus remediis ex adverso eligentes ab arbitratore conveniri queant, ex dictis colligi potest.

Similia quænam sint huic arbitrio nostro, patere potest ex illis, quæ de formal ratione antea diximus.

LXV.

Collatum in contractibus certo alicui arbitrium hoc, & ab eo susceptum, morte suscipientis, antequam arbitratus fuerit, finitur: per supra deducta; quia in iis statum & modum obligationis constituit, sive sit b. f. contractus l. si coi-
su. 75. pro. seq. l. fin. C. de C. E. l. si merces, 25 pr. π. locat. sive stricti juris. l. 43. Et seq. π. de V.O. l. 22. §. 1. de R. I. Cum enim proœul dubio eligentes ad electi experientiam & integratem præreliquis respexerint, tutius est dicere hanc facultatem cum morte arbitratoris electi evanescere. arg. l. 45. π. de recept. l. 32. §. 16. eod. l. 43. π. d. V. O. Dd. ind. l. f. C. d. C. E. l. f. C. comm. de legat. Personæ naroque adhaeret. Bertach. hac voc. n. 36. 37. nec ad heredes pervenit. dd. ll. Joh. Alexand. in d. l. § quis 43. d. V. O. In legatis fecus est. l. 1. §. 1. π. de leg. z. l. f. §. 1. C. comm. de leg. l. 27. inf. de fideic. libert. Goedd. de contr. stip. c. 8. n. 170. An & deportatione ejusdem? vid. Bachov. ad Tr. V. 2. d. 27. tb. 7. lit. a.

LXVI.

Cæterum morte conferentium arbitrium non finitur, sed si contrahentes ita contrixerint, nihil impedit, quo minus arbitramentum illud ad heredes ejusum. constituentium transeat: ita ut illos id ipsum expectare & sequi oporteat. arg. §. 4. Inf. de verb. obl. Nam quamvis illud in ordine ad arbitratorem dicatur arbitramentum: est tamen respectu contrahentium pactum, quod regulariter ad heredes transmititur, eosdemque obligat. Vid. Mantic de tac. & amb. convent. lib. 2. tit. 1. n. 42.

LXVII.

Quod si autem in contractibus certæ personæ arbitrati quid fieri debuit; illa vero arbitrii vel noluerit, vel non potuerit, quod non vivat, aut adesse nequeat: tunc definit itidem arbitrium, & pro nihilo est negotium; quasi conditione, sub qua contractum, deficiente. l. 25. pr. π. loc. l. 43. d. V. O. Creditoris attitem morain arbitrandō commissa debitori non noret. d. l. quemadmodum & si in tertii arbitrium collatum est factum, & poena adjecta, ipso non arbitrante, multa à gravato non commititur. l. 6. pr. π. de cond. & demont.

T A N T U M.

Soli rerum arbitrio sit laus & gloria.